
Dom. Prof. Rom.



Collegii Brayd. Soc. Jesu.



DE VERO SACRI CANTICI CANTICORVM SALOMONIS

TVM HISTORICO, TVM SPIRITVALI SENSV

Noua quædam cogitatio, ac pro eadem Velitatio, siue Prolusio bina.

PAVLO ARESIO
Cler. Reg. Dertonensi Episcopo
AVCTORE.



MEDIOLANI,

Ex Typographia Io: Petri De Cardis, svb signo Fortvnæ. M.DC.XXXX.

HIC Liber à me compositus fuit, nihilq; in eo, quod aduertere potuerim vel contra bonos mores, vel contra fidem reperitur; Examini tamen peritorum quorum interest libenter cum subijcio. Dert. die 7. Iunij 1640.

P. Aresius C. R. & Episcopus Dert.

Die 11. Iunij 1640.

Visa, & attenta prædicta tanti Viri approbatione.

Imprimatur.

Fr. Hieronymus Camillus Figinus S. Th. Magister, & Sancti Officij Mediolani Commissarius.

Io: Petrus Puricellus, Sacræ Theol. Doctor, & S. Laurentij Maioris Archipresbyter, pro Eminentiss. ac Reuerendiss. D. Cardinali Archiepiscopo.

Comes Maioragius pro Excellentiss. Senatu.

SANCTISS. PONT. MAX.,

ET EPISCOPORVM EPISCOPO

VRBANO OCTAVO

PAVLVS ARESIVS DERTONENSIS EPISCOPVS

POST BEATISSIMORVM PEDVM OSCVLA.

P. F. P.

AVEBAT iampridem animus meus, Beatiss. Pater, ex sui ingenioli prædiolo studiorum ligonibus, atque elucubrationum vomeribus nonnihil proscisso verius, quam exculto, aliquid siue fructuum, siue olerum in obseruantiæ, vt par est, atque subiectionis argumentum Beatissimis S.V. pedibus, ea, qua decet summissione, deferre, sed terrebant, ac remorabantur hinc ingenij mei tenuitas, doctrinæ exiguitas, eloquij ruditas; inde celsitudinis vestræ fastigium, sapientiæ fulgor, eloquentiæ tonitruum. E contrario tamen, ne animum omninò despondèrem, summa humanitas,

insignis clementia, atq; eximia benignitas S.V. iubebant, alasq; meas iam demissas excitabant. In oppositas igitur partes distrahebar, nec in quam magis propenderem, statuere satis poteram, Vario Gemino, cuius Pater Seneca meminit, nō dissimilis, qui apud Cæsarem oraturus, eandem cogitationum pugnam se in corde experiri fassus est, dum prudenter, ac scitè est præfatus. *Cæsar, qui apud te audet dicere, magnitudinem tuam ignorat; qui non audet, humanitatem*. Ita enim mihi apud S.V. verba facere gestienti, & hinc magnitudinem, inde humanitatem eius consideranti, & audendum, & non audendum potiori vtrumq; iure videbatur. Potiori inquam iure. Quænam enim vel Augustalis magnitudo, vel Cæsarea humanitas celsitudini, atque benignitati tuæ æquiparari potest? Non ita multis partibus hæc ima, & bruta terrarum sola, orbium cœlestium sinceræ, nitidæque moles magnitudine superant, quātis huiuscæ depressioris orbis cuilibet amplitudini cœlestis vestræ authoritatis, ac potestatis immensitas antecellit. Sed non vereatur quis potentiæ magnitudinem, sapientiæ abyssum, quis non pauebit? Docebat Romæ celeberrimus Philosophus Plotinus, & apud frequentissimos auditores eloquentiæ suæ vela pandens, differebat gaudens, cum in eius scholam ingressus est doctissimus Origenes, cuius præsentia perterrefactus ille; statim genas rubore suffusus, assurgere voluit; sermones verò ab Origene continuare rogatus, respondit, studium loquendi cessare, quando qui loquitur, animaduertit se ad illos,

Sen. cōtr. 8. lib. 6.

Baron. an. 248.

illos, qui idem ipſi nouerint, verba facturum. Quis ergo apud S.V. verba facere non erubeſcat? Quis ad aures eius quicquam quod ipſa, & perfectius non calleat, & eloquentius enarrare non queat, afferre ſe poſſe exiſtimabit? Quicunq; igitur apud S.V. audet dicere, magnitudinem eius non tam dignitatis, quam ſapientiæ ignorare præſefert.

Verum, & qui non audet, humanitatem neſcit. Hanc autem me ignorare, & ſi velim, affirmare nequeo. Expertus enim eam egomet ſum, cum à S.V. & benigniſſime auditus, & blando alloquio dignatus, & beneficentia nō vulgari cohoneſtatus fuerim, ſed & abſens tantæ humanitatis fructuum expers non fui, vt enim à teſtibus fide dignis accepi, & nugas meas nonnunquam aſpicere, & nonnulla etiam commendatione eas condecorare, non eſt S.V. dedignata.

Valuit igitur apud me plus humanitas, animoſque addidit, ne haſce meas lucubratiunculas, in quibus etiam de Romanæ Eccleſiæ, cui meritò S.V. preeſt, ſublimitate nonnihil ſcitu dignum, & parum hucuſque animaduerſum, in medium affertur, pedibus, atq; oculis S.V. offerre, atque ſubijcere dubitarem. Neque tamen magnitudinis ſum omninò oblitus. In hanc enim intuens, non ingens aliquod volumen, ſed paruum libellum S.V. obtuli. Atqui, dicet quis, maximo nonne maxima, vel magna ſaltem debentur? Fateor debentur, verum hoc libello non ego nomina diſſoluo, ſed contraho, non munus exhibeo, ſed accipio, non operam meam præſto, ſed alienam

exposco. Præstat ergo mihi *HVmanitas*, vt alloqui S.V. ausim, suadet *MAgnitudo*, vt paucis me expediam, fulcit HVmanitas, ne MAgnitudine obruar, perstringit MAgnitudo, ne HVmanitate abutar. Reddit mihi HVmanitas amabilem MAgnitudinē, efficit MAgnitudo venerabilem HVmanitatem. Ita neque HVmanitati MAgnitudo officit, neque MAgnitudini HVmanitas detrahit; Imò & HVmanitas MAgnitudine fit maior, & MAgnitudo HVmanitate euadit augustior. Non ergo humanitate S.V. abuti, & maximis curis implicitę maximum volumen euoluendum præbere debui, cum si vel vnam pagellam huius mei libelli S.V. percurrere dignata fuerit, non paruo me affectum honore arbitrari debeam. Nam ægrè regiminis curam cum librorum frequenti peruolutatione congruere, & ego, qui huius Dertonensis nauiculæ clauo addictus sum, non sine mærore experior: Quapropter quod etiam non satis expolitæ, non vsquequaq; eruditione refertæ, non omninò emaculatæ, non omnibus numeris absolutæ hæ schedulæ meæ in lucem prodeant, eadem de causa, eis condonandum, non immerito exposcere mihi videor.

Ignosce igitur Beatiss. Pater, si nimium fortè audax hunc qualemcunq; ingenioli mei, ac studiorum abortiuum fœtum ad S.V. deferre, & Sanctissimo Vestro nomine insignire presumpsi, vtq; perfectiores partus deinceps enitar sanctissimam vestram benedictionē mihi impartiri dignare. Omnipotens autē Deus S.V. in totius Ecclesię vtilitatem, & profectum diu incolumen seruet.

BENE-

INCERTI AVCTORIS

Cur librum in Canticum Canticorum D. N. VRBANO dicet.

Ingenij veluti sacer ales Aresivs alis
Cælestis sponsi tecta pudica petit.
Dulce melos audit sistrorum, carmina vocũ
Adnotat, egreditur, fidus aperta facit.
VRBANI auspicijs præmunit vatis olympi;
Cantator summus cantica queq; beat.

ALIVD

In gentilitias sanctitatis suæ apes lusus.

Alueolis egressa suis, hortosq; peragrans
Vernantes flores prouida libat apis.
Inde rosæ, cythisi, florem depasta salicti,
Ad sua tecta redit, roscida mella parat.
Est liber hic Pavli sanctorum floribus hortus,
Et nostræ ætatis consitus, & veterum.
Libet Apis flores hos BARBERINA recentes
Ex his nam cunctis, aurea mella dabit.

AD S. D. N.
VRBANVM VIII.
ODE.

Q*Vidnam requirit numine de pio*
PAVLVS sacratos ipsius ad pedes
Deposito supplex genu? Quid
Postulat à genitore summo?
Fibras auari solicitent opes
Gazæ, beata, diuitiæ Tagi
Sublimium exoptet superbus
Munia, & ambitione pleni:
Prensent honores purpureos; amor
Et cæterùm angat corda potentiæ
Namq; ad PATREM virtus ARRIVM
Imperiosa coegit ire
Expromeret quò lætitium suo
Ipsum præcando pellere ne velit
Plausus nouos, cæptis suisq;
Vela secunda sinat; nec illi
Tellure reptans sordeat Arcada;
Grata & sit illi lesbia barbitos
Quamuis nequit cantare palmas,
Et celebrare Deum triumphos:

INCER-

INCERTI AVCTORIS.

Ad Eundem.

SVmme VRBANE Tibi si quantum Ecclesia debet
Iam reptas, renuens creditor esse Dei
Auctio cunctorum & si fiat iusta bonorum
Non meritis tantis quod Tibi soluat, erit.
Namq; gigantæo dono Perusina rependet
Vrbs quid? quo soluit nomina magna dato?
Vmbria, Gallorum regio, Bononia pendent
Quid? namq; hauserunt nobile nectar apum.
Vrbs floris quid? sed fueris cum filius eius,
Delebis chartis nomina forte tuis.
Roma quid, ac nobis? Tersa rubigine ferri
VRBANIS APIBVS florea sæcla vigent.
Ergo expectes, sustineasq; VRBANE necesse est,
Quod meritis soluat sola habet arca Dei.

EMINENTISSIMIS,

AC REVERENDISSIMIS

D. D. FRANCISCO, ET ANTONIO

S. R. E. Cardinalibus Dominis suis colendissimis.

PAVLVS ARESIVS DERT. EPISCOPVS P. F. P.

INSVLSVM sanè, ne stultum dicam, Sapientissimi, atq; Eminentissimi Ecclesiæ Proceres, effatum illud M. Tull. Ciceronis. Qui semel Verecundiæ fines trãsierit, eum bene, & nauiter oportet esse impudentem, excultis etiam ingenijs videri, ni fallor, poterit. Quibus .n. rationibus, aut validis ad confirmandum, aut speciosis

M. T. Ep. fam. lib. 5. Epist. 68.

ciosis saltem ad oblectandum, fulciri valeat hoc Problema? Qua tergiuersationis oratione vallari? Imò quo pertenui brachiolo non elidi, & conteri? Numquid enim leuem qui contraxerit noxam, scelus quoque mortiferum, & immane perpetrare necesse erit? Qui drachmam amisit, loculos quoque fartissimos effundet, & substantiam pessundabit vniuersā? Qui latum pedem à recto tramite declinauit, aberrare statim ab eodem plura milliaria compellendus erit? Quinimmò non ne satius erit pedem illicò referre, in viamq; redire, amissam drachmam compendio resarcire; erroris resipiscendo pœnitere, atq; intra Verecundiæ terminos se se deinde cohibere? Somniabat ne, an ex Cyrcæo quodā poculo genialiter fuerat pergræcatus M. Tull. dum illud verè Paradoxum; plusquam decantata illa stoicorum commenta, voluit exaratum? Sed, absit, vt de tanto eloquentiæ sydere, deque latinæ philosophiæ optimè merito, atque in scribendo vigilantissimo, & oculatissimo viro id suspicemur. Quid igitur sapientissimus ille vir, ea superius allata sententia sibi voluit? Non aliud crediderim, quam Verecundiam tanti faciendam, vt eius fines transgredi, summoperè quidē sit cauendum; si tamen ab ea discedendum esset, non aliquo proposito sibi lucello operæ pretium id esse, sed ob aliquod facinus, quod pro sua magnitudine summam exigeret impudentiam, id potius permittendum, ita vt non, nisi summo pretio Verecundia, vt ita dicam, venundetur. Cui persimile dictum illud à primo Cæsare frequenter vsurpatum,

 videtur.

videtur. Si violandum est ius, regnandi causa violandum est. Sed quorsum hæc tandem? & quid ad nos, vel ad te hæc ratiocinatio pertinet, forsitan dicetis? summe quidem ad me; si aures mihi tantisper beneuolas, & attentas præbere dignabimini.

Vereor ego ne Verecundiæ fines fuerim prætergressus, dum & nouam in Canticum Canticorum expositionem post innumeros huius sacri Carminis luculentissimos, ac doctissimos commentatores molitus sum, & eam Summo Pontifici patruo vestro, quodcumq; mortale fastigium dignitatis, atque sapientiæ merito supergresso, offerre, atque dicare non erubui.

Quid igitur consilij capiam? Animumne despondebo? Dicta retractabo? Iam exarata, aut typis impressa flammę tradam deuoranti? Tineis denique, seu blattis, quibuscum rixentur, rodenda, non hominibus videnda committam? Enimuero quandoquidem Verecundiæ fines iam fortè transilui, iuxtà M. Tullij Romani Consulis edictum, me bene, ac nauiter oportet esse impudentem. Audendum igitur mihi aliquid amplius meditor. Id autem est, vt has meas lucubratiunculas Maximo, ac sapientissimo Pontifici dicasse non contentus, ex florentissimo etiam Principum Purpuratorum ordine ipsa clarissima lumina vos. s. eminentissimos, atque eruditissimos fratres, & illius ex fratre Nepotes, quibus easdem dicarem, ac in tutelam darem, eligerem. Maioris autem hoc videtur audaciæ argumentum, quoniam ad Summũ Pontificem, tamquam ad communem omnium pa-

rentem

rentem & controuersiarũ inter Ecclesiasticos scriptores supremum Iudicem iure quodã suo, ac suopte ingenio conuolare, ac dirigi noua hæc de sacri voluminis sensu excogitata videbantur, nec præter morẽ est, maximo quiq; Principi exilia quoque, ac minima munuscula à pauperculis, qui maiora nequeunt exhiberi. At opus supremo Pontifici iam dicatum, non alteri tantum, sed alijs etiam duobus mancipari, & iam fulgentissimi solis radijs illustratum, astrorũ etiã inter omnia sydera clarius emicantium fulgorem ad se trahere, æquis auribus quis audiat? Neque tamen & istius modi mea audacia excusationis aliqua latibula non reperiet. Nam cum ab vno extremo ad alterum non nisi per media progrediendum ratio suadeat, & rerum naturalis ordo exposcat. Vosq; inter supremum Vrbis, & orbis Pontificem, & peculiares Ecclesiarum Presules locum medium teneatis, quid mirum si ad supremum illud culmen ex humili, & ima sede mea, non nisi vestra fretum beneuolentia me pertingere posse sperauerim? Vosque non inuicem tantum summa sanguinis affinitate, sed etiam votorum meorum propitiationẽ coniunctos, huius mei libelli exhibitores orauerim.

Accedit, quod cum Summus, ac sapientissimus Pontifex & capite, & corpore sibi proprijs constet, & mystici etiam corporis, idest Ecclesiæ militantis sit caput, pluribus etiam, quàm duobus oculis oportet esse munitum. Quare cum præcedenti dedicatione oculis eius naturalibus hunc meum libellum subiecerim, congruum esse quoque, vt oculis etiam

eius

eius mysticis vobis scilicet Eminentissimis eius ex fratre nepotibus, ipsum exponerem, atque offerrem arbitratus sum. Oculis inquam eius mysticis. Si .n. Archidiaconus Episcopi dicitur oculus, quod per eum Episcopus totam visitatione perlustret Diocesim; Cur & vos Eminentissimi Cardinales, per quos non tantum videt, sed ferè etiam totius orbis negotia sapientissimus vester Patruus administrat, eius oculos non appellem?

Glofs.dist. 93. can.6.

Est oculus Animi imago, Mentis speculum, sensuum metropolis, Amoris index, & illicium; & vos Summi Pontificis Imaginem refertis in vobis, tamquam in speculo illius elucet sapientia; à vobis tamquam à Metropolitis cęteri omnes eius ministri pendent, per vos illius ad nos amor illabitur, & in eum amor noster attrahitur.

Numquam ex operatione defatigatur oculus, lassantur manus, nutant pedes, brachia demittuntur, corporis totius membra cum viribus, si diutius munera sua exequantur, deficiunt. Oculi verò acies intuendo numquam hebescit, neque vt quiescat ab omni visione feriatur, sed ab vna in aliam transire est illi solamen. Et vos, quibus hisce temporibus exulceratissimis totius ferè orbis negotiorum moles incumbit, quis defessos vnquam, aut defatigatos post diurnos, nocturnosq; labores inspexit? Quis non vegetos, alacres, ac valentes, ad noua semper munia firmioribus lateribus obeunda, extitisse audiuit, aut intuitus est? Vos .n. nihil intermissa cura, negotia pro solatijs accipientes, iura Gentium, supplicum

preces,

preces, Pauperum necessitates, Indigentium vota, Animarum lucra iugiter pertractatis; cumque hominum gratiæ nil plusquam deceat, tribuatis, omnia tamen sunt grata, quæ facitis, sicq; omnibus innotescit quid summa beneuolentia, summa cum auctoritate coniuncta possit.

Pietatis, ac beneficentiæ symbolum B. Gregor. Magno 8. Mor. 8. teste est oculus; A vobis autem non significatur tantum humanitas, & Munificentia, sed de meliori riuo fœcundata exhibetur obuia, & quod de Strutiocameli oculis fabulose forsitan dicitur, ea scilicet virtute valere, vt miti solo aspectu, quasi mollissimo incubatu pullos excludant, de vobis absque mendacij suspicione affirmare licet, ea .s. vi pollere, vt quoscumque respicitis, non foueatis, & fœcundetis tantummodo, sed etiam Dauidicæ columbæ, cuius pennæ deargentatæ, & posteriora dorsi in pallore auri, blandis, vtique, & prepotentibus oculorum vestrorum radijs obstetricantibus simillimos efficiatis. Ob has igitur, & alias, quas prolixitatis vitandæ causa prudens omitto, similitudines, & rationes iure, & merito in Ecclesiæ corpore mystico, tamquam oculos fulgentissimos, vos dilectione singulari, veneratione consimili, sed & humillimis obsequijs prosequuntur, suspiciunt, & admirãtur vniuersi. Cumq; hoc meum opusculum instar oui paruum, & imperfectum sit, virtute autem, & veluti in semine nouam quandam Cantici Canticorum expositionem contineat, vestris obtutibus fouendum, atque fœcundandum, & si audacter, non imprudenter tamen

obtulisse

obtulisse mihi videor. Quippe qui sciam vestram maiestatem ex illo Palatinarum dignitatum fastigio sese ad nostram tenuitatem spectandam oculis demitti benignissimis. Quod vt mihi quoq; humillimo vestro seruo,& istas qualescunque lucubraciunculas sub vestri, & Patrui vestri luce in lucem proferenti præstare dignemini, suppliciter obsecro. Omnipotens autem faxit Deus; vt & vestros heroicos cogitatus,quos in bonum totius Christianæ Reipublicæ in dies concipitis, fœliciter edatis, vtq; plures alios addatis,Nestoreos annos Auctor vitę largiatur.

INCERTI

INCERTI AVCTORIS

IN DVOS EMINENTISSIMOS

S. R. E. CARDINALES

ANTONIVM, AC FRANCISCVM BARBERINOS.

NON Asia imperium binorum maxima; soles
Non patitur moles orbis vt vna duos.

Inquit Alexander; regni cum in parte Darius
Collocat, ac hosti concupit esse socer.

Vnus FRANCISCVS sol est, ANTONIVS alter,
Roma tamen gaudens excipit vna duos.

Ecquid id est? quisquis non an mirabitur? illi
Bella gerunt; isti dulcia mella ferunt.

BENE-

BENEVOLO LECTORI.

Ifficilius ne sit, an periculosius, in exponendis sacris literis, aliquid noui his temporibus in medium afferre, animi pendeo, nec deliberare satis queo. Difficillimum videtur, quoniam, si iam sua tempestate dixit Africanus Comicus: Nihil dictum, quod non sit dictum prius. *& longè antea sapientissimus Ierosolymorum Rex:* Nihil sub sole nouum; *quid non dictum, aut quid non vetus post innumeros propemodum authores, ingenij acumine, studij diligentia, & doctrinæ copia præstantissimos, qui post ipsos floruerunt, excogitari posse existimandum erit? Si post accuratos messores, qui statim spicilegio desudant paucas colligunt aristas, quid post plurimos, qui huic muneri diligentissime operam nauarunt, in eodem agro præteritas spicas inuestigantibus sperandum erit? Quis quidquam se perspexisse, quod plusquam centum oculorum millium eundem locum diligentissime perlustrantium aciem effugerit, sibi persuadeat?*

Terent. in prologo.

Ecclef. 1. 10.

Quid vero de periculo dicam? Nouitas semper falsitatis suspecta fuit. Veritas enim æterna est, & in æternum

num

num manet, quis ergo recenter natam sententiam veram esse in animum inducat? Neque verò minus temeritatis insimulatur, vt quæ à communi hominum persuasione recedat, & contra innumerabilem literatorum exercitum arma sumere, & hastam vibrare non formidet. Quid autem illi expectandum erit, nisi vt cum manus eius sit contra omnes, omnium quoque manus sint contra eam, vt de Ismaele olim prophetatum fuit? Sicuti enim multos timeat necesse est, quem multi timent, ita à multis, siue ab omnibus non impugnari nequit, qui multos, vel omnes oppugnat. In prælijs, si quis caput extollens insigniter cristatam galeam ostentat, aduersariorum telis omnibus statim impetitur, nec aliter, si quis in cœtu literatorum nouam aliquam, & singularem ex suo desumptam Marte sententiam iactitat, illico hunc omnium studia in seipsum excitare, quis ignorat?

Quid igitur? desistendum ne erit à scriptione? recondendi calami, ætasq; tota in euoluendis antiquorum monumentis transigenda studiosis erit? Atqui aleretur hoc pacto desidia, ingenia non excolerentur, Ad incumbendum in studia Iuuenum animi, qui nouitate gaudent, non pellicerentur; Ecclesia magno ornamento Scriptorum S. copia, qua per singula secula amicitur, careret, & Sacræ Scripturæ mysteriorum immensus thesaurus exhaustus, & exinanitus censeretur.

Vetera ne igitur tantum cudemus? antiqua pro nouis venditabimus? aliorum versicoloribus plumis ornabimur? Actum hoc erit agere, frustrà tempus terere, in cassum laborare, superuacanea cura lectores defatigare, crumenas sine fructu exinanire, atque, vt Philosophi

loquun-

loquuntur, entia ſine neceſſitate multiplicare.

Quo igitur vela vertemus? excolenda, nonnulli dicunt, & exornanda, ita vt recentia appareant, ſunt vetera, non euulgánda ſunt noua, ſed noue; eſtq; hoc præceptum vetus à prudentiſſimo viro Vincentio Lyrenenſi traditum. Verum ſi ad modum loquendi ſiue explicandi tantum hæc nouitas coarctetur, vana quædam, & deceptoria nouitas erit, ſub nouitatis enim ſpecie latentia vetera venditabimus; ambientibuſq; adoleſcentulam & pulchram Rachelem, vetulam, & lippam obtrudemus Liam. Portaſsis igitur optimum erit vtraque, noua .ſ. & vetera ſimul amplecti, & Iacobi Patriarchæ inſtar Rachelem, & Liam ſibi conſociare, & eas inter ſe mutuo fœdere copulare, vt Euangelico diſpenſatori ſimiles ſimus, qui profert de theſauro ſuo noua,& vetera? *At quomodo, dicet quis, hæc duo ſimul coire poterunt? Nonne hoc eſſet contra præceptum Euangelicum* mittere vinum nouum in vtres veteres, & nouam veſtimento veteri commiſſuram aſſuere?

Matt. 9. 16.

Reſpondeo Euangelicum dictum de illis veteribus rebus intelligendum, quæ veteraſcentes tempore flacceſcunt, & conſumuntur, Veritas autem,& eruditio, *vt inquit Philo lib. de Agricoltura,* non ſeneſcit. *De illis quoq; rebus nouis accipiendum eſt, quæ extrinſecus aduenient, non verò de illis, quæ intrinſecus oriuntur, vt è veteri radice flos recentior. Illa igitur ſententia, quæ nouitatis florem præſefert, ſed radici vetuſtæ innititur, libentiſsime videtur exoſculanda, vt quæ à vetuſtate auctoritatem, & robur habeat à nouitate venuſtatem, & gratiam obtineat,* & ſic adſit de nouitate iucunditas,vt de vetuſ-

tate

tate non desit auctoritas, vt S.Bern.*cap.* 11.*ad milites templi loquitur. Idq; difficillimum non esse, viridaria doctissimorum huius sæculi virorum, quæ huiusmodi floribus referta sunt, euincunt. Tales quoq; esse ingenioli mei fætus exopto, an votis respondeat euentus, viri docti Iudices erunt; Quorum examini florem hunc paruulum ex amænissimo Cantici Canticorum viridario decerptum subijcio: Floridus hic agellus illi forsitan, aut gratiam, quam à me nequit habere, conciliabit, aut veniam apud eos, quibus non arriserit, impetrabit. In re enim difficillima, scituq; dignissima, & in qua enucleanda plurimi desudarunt authores, incertumq; nihilominus reliquerunt, an collimauerint, punctumq; acu tetigerint, aliquid noui laboris, & industriæ contulisse, non modo non improbandum verum etiam commendandum videtur. Si quid igitur luce, ac lectu dignum hic lector reperies Patri luminum, ac omnium bonorum authori habeantur, ac referantur gratiæ: Sin autem, quod reprehensionem & spongiam potius mereatur, ingenij mei tenuitati ascribatur, & animo profuisse cupienti venia præbeatur.*

Vale.

QVI.

QVINAM IN HOC CANTICO Sacro iuxta historicum sensum colloquentes, siue concinentes sint, Velitatio prima Excursionibus XIV. protenta.

An præter spiritualem sit alius sensus in explicando hoc Sacro Cantico inuestigandus, & quisnam hic sit.

EXCVRSIO PRIMA.

IN dubium non vertimus, an sensu literali, qui & historicus dicitur, potiatur hoc Sacrum Epithalamium, nullam enim Sacræ Scripturæ partem eo carere, (licet nonnunquam id infitiari Patres videantur, Lyranusq; in tertio prologo suæ postillæ id clare neget) pro certo habemus. Cum .n. sensus literalis is sit, quem per verba immediate significari authorillorum vult ex D.Thom. pr.par.quæst.1.art.10., & quod lib.7.art.15. Sixto Sen. lib.3. Bibl. cap.2. Bellarm. cont.1. lib.3. cap.3. Ambr. Machin. in art. 10. S.Thom.& alijs. Si pars aliqua S.Scripturæ reperiretur, quæ sensu literali destitueretur, omni etiam alio sensu careret. De hoc enim alio sensu quærerem, an immediate per verba significaretur, si affirmares, ergo hic, dicerem, est sensus literalis ex definitione supra tradita, si negares, ergo, dicerem, neq; est sensus mediatus, quia nullo alio sensu medio significatur. Si quis autem plura de hac

D. Thom.

Bellarm.
Ambrof.
Machin.

Sensus literalis quis

Nulla Script. pars eo destituta.

conclusione desiderat, P. Gabrielem Vasquez adeat quęst. 15. in p. pat. cap. 4. Quod igitur quærimus est, an hic sensus literalis distinctus sit à sensu spirituali. Per sensum autem spiritualem non intelligimus mysticum, pro quo à multis accipitur, quia hic supponit literalem à se distinctum, sed illum, quo spiritualia significantur, & qui si à literali esset distinctus, & non ipse quoque literalis, mysticus appellaretur, exempli causa verba illa Patriarchæ Iacob Gen. 49. 9. *Catulus leonis Iuda, ad prædā ascendisti fili mi* in sensu spirituali referuntur in Christum, dubium autem esse potest, an etiam intelligātur de ipso Iuda Iacobi filio, siue ratione suæ personæ, siue ratione alterius ex ipsius tribu naturaliter oriundæ; si affirmemus, sensus de Christo erit mysticus, si negemus, idem sensus erit literalis, sed adhuc spiritualis, vel secundum alios si & de Iuda, & de Christo intelligatur, erunt duo sensus literales. Dum igitur quærimus, an detur alius sensus præter spiritualem, idem est, ac quærere, an verba huius Cantici immediatè intelligatur de Christo, & Ecclesia, siue de Deo, & anima, aut alia simili sponsa, qui est sensus spiritualis; an vero immediatè de quibusdam alijs, & mediatè de ipsis. Necesse est autem hanc quæstionem præmittere, nam nisi supponatur præter sensum spiritualem, alium adesse sensum, frustra quæremus, quænam personę in historico sensu inducantur loquentes, cum non aliæ essent, quam quæ in spirituali, qua de re in secunda Velitatione erit disputandum, estq; hæc quæstio longè difficilior, & implexior, quam prima specie videatur.

Sensus spiritualis an à mystico differat.

Gen. 49. 9.

Sensus quæstionis.

2 Prima autem sententia non alium sensum admittit, quam spiritualem, videturque fuisse Patrum, & antiquorum Interpretum ferè omnium, nam si credidissent alium adesse sensum, in eo eruendo, atque explanando, non est vero simile segnes, & negligentes eos futuros fuisse. Atqui de spirituali tantum sensu fuere solliciti, ergo non alium sensum agnouerunt. Plurimos possem in huius dicti confirmationem, idest, in minoris propositionis probationem

Prima sententia sensum tantū spiritualē admittit.

barionem aduocare testes, quos diligenter collegit eruditissimus Paulus Sherlogus Anteloq. p. in Cant. sect. 5. paucis tamen ego cõtentus ero Noster Michaël Ghislerius egregius huius Sacri carminis Interpres præfat. cap. 6. *Nonnulli* inquit *in quorum numero cuncti ferè Patres, & qui Christiani authores ante nostrum sæculum extiterunt spiritui tãtum mancipati, ità allegoriam exprimunt, vt allegoria corticem quem sonì literæ sensum appellamus, vel penitus prætermiserint, vel sicco, quod dicitur, pede pertransierint.* Iacobus de Valentia Episcopus Christopolitanus in Epistola ante suam expositionem *omnes*, inquit, *Sacri Doctores Antiqui relicto sensu prophetico, & literali pro maiori parte exposuerunt istum librum; quoad sensum moralem, & annagogicum.* Idem ferè testatur Gaspar Sanctius Sacrarum literarum fidissimus Interpres in præfat. *Scripsere quidem multi*, inquit, *tam ex antiquis quã ex recentioribus in hæc Cantica luculenter, ac grauiter præclara commentaria. Sed hi plerumque in spiritualem sensum intenti, de litera, idest grammaticali sensu, aut nihil aut modicè laborarunt. Gustare. n. voluerũt, suauem spiritus medullam, corticem vero durum, aut minus gratum, aut non curarunt omnino, aut alijs arrodendum reliquerunt.* Sed hoc fortassis videri poterit argumentum ab authoritate negatiua, addamus ergo aliquas quoque authoritates affirmatiuas.

Aponius initio lib. 1. in Cant. *In quo quidem Cantico*, ait, *nihil de carnali amore, quem Gentiles cupidinem appellant, qui insania potius intelligi potest, quam amor. Sed totum spirituale totum dignum Deo, totumque animæ salutare.* Philo Carpathiorum Episcopus in proemiolo. *Tu vero quicũque*, inquit, *hoc audis, vel legis, SPIRITVALIA, hic omnia esse COGITA.* S. Hieronymus lib. 1. c. Iouin. explicans illa verba cap. 4. *Vulnerasti cor meum Sor. me Sp. Sic* inquit, *ne putaremus amorem carnis, & nuptias significare corporeas, illicò excludit hunc sensum, & ait Vulner. &c. vbi sororis nomen est, suspecto omnis fœdi amoris excluditur.*

3 Ex recentioribus quoque non desunt, qui hanc sententiam sequi se profitentur, immò & contrariam temeri-

Paulus Sherlog. Michael Ghisl.

Naturalis sensus neglectus.

Iacob. de Valentia.

Gaspar Sanct.

Aponius.

Imo & reiectus.

Philo Carpat.

S. Hieron.

Can. 4. 9.

tatis damnant, de hac .n. loquens Michael Ghisler. cap. 3. suæ præfat. ait *Improbatur meritò ab omnibus sanæ mentis sententia ista, ita vt ab aliquibus existimata sit temeraria, & erronea, cum ex communi Sanctorum Patrum, & totius Ecclesiæ consensu historicus, & literalis libri huius allegoricè scripti sensus, is ipse sit, quem illi spiritualem, & allegoricum appellant.*

Michael Ghisl.

Quinã ex recentioribus sectatores.

Card. Bellarminus lib. 2. de verbo Dei cap. 5. eandem sententiam de sensu spirituali, & literali tuetur, atque hoc argumento corroborat, quod ea de sponsa dicantur, quæ vni nulli mulieri aptari possint. *Quæ namque*, inquit, *esset species eius mulieris, cuius caput esset vastum vt Carmelus, nasus vt turris, oculi vt piscina, dentes vt greges ouium detonsarũ, ipsa verò tota nigra, vt tabernacula cedar?* Quo argumento vsus quoque fuerat Sixt. Senensis lib. 8. suæ Bibliot. asserens, *si de Filia Pharaonis, aut alia muliere, quæ hic à Salomone dicuntur, intelligantur, adeo esse rudia, incondita, & agrestia, vt longe politiora, & elegantiora sint illa, quæ rudis ille Cyclops apud Poetas in Galatheam suam ineptissimè canere fingitur*; atque pro eadem sententia Legionensis, Delrius, & alij citantur à Sherlogo anteloq. 1. sect. 1.

Card. Bel.

Cant. 7. 4.

Cant. p. 5.

Sixt. Senensis.

Secũda sententia literalem sensum à spirituali distinguit.

4 Secunda sententia opposita est, literali sensu à spirituali distincto præditum esse hoc Sacrum Epithalamium, cuius assertionis acerrimus est propugnator Paulus Sherlogus diligentissimus illius cõmentator anteloq. 1. compluresq; refert idem sentientes. Differunt tamen inter se hi authores; nam multi existimant, duplicem esse literalem sensum in Cantico Canticorum, alterum .s. materialem de Salomone v.g. & filia Pharaonis, alterum spiritualem de Christo, & Ecclesia, alij vero hunc secundum mysticũ, siue allegoricum appellant, quæ dissensio est etiam in alijs similibus locis, vt in illo *Non alligabis os boui trituranti*. Nã Abulensis, & Gaspar Sanctius duplicem tribuunt illi sensum literalem, alterum de bobus materialibus, alterum de concionantibus. Cornel. vero à lapide in Ep. ad Corint. priorem tantum literalem appellat, posteriorem verò mysticum; est etiã aliud discrimen, quod aliqui, vt Sherlogus, existi-

Deut. Corint.

Abul. Gaspar Sanct.

Corn. à Lapide.

existimant hunc primum sensum literalem esse de re verè gesta, alij vt Sanctius de re verisimili, quales parabolæ esse solent.

Tertia sententia media.

Tertia sententia videtur veluti media inter præcedentes, nam præter sensum spiritualem, non alium quidem admittit literalem, sed quendam alium sensum, quem Grammaticalem, siue iuxta literæ sonum appellat, quam appellationem ex S. Augustino 3. lib. de Spiritu, & litera cap. 4. elicuisse videntur, & huius sententiæ cum Martino Delrio, & alijs recentioribus præcipuus sectator est Michael Ghislerius noster.

S. Aug.

Literalis sensus duplex proprius, & metaphoricus.

5 Verum, vt hæ sententiæ melius intelligantur, cognoscaturque, an verbis tantum, vel etiam re ipsa differant, & quid nobis probabilius videatur, antequam explicemus, nonnulla prius notanda mihi videntur. Primum est sensum literalem duplicem esse, alterum proprium, alterum translatum, siue figuratum. Proprius est, quem verba iuxta primam eorum significationem præseferunt, vt, cum per vulpem, & lupum animalia, quæ vocibus istis significantur, intelligimus. Metaphoricus est, quem voces transumptæ, & ad nouam significationem translatæ indicant, vt cum lupi nomine voracem intelligimus, & astutum vulpis vocabulo designamus.

Metaphoricus rursum diuiditur.

Notandum præterea, sensum metaphoricum aliquando à proprio esse seiunctum, & simplicem, aliquando esse coniunctum, atque, vt ita dicam, compositum, siue componentem. Reuera enim non ipse sensus metaphoricus est compositus, sed veluti pars sensus literalis, qui ex proprio & metaphorico coagmentatur, liceat tamen bona cum lectoris venia, quando non aliud adest nomen, hoc ipso abuti. Compositus igitur metaphoricus sensus fuit, quem adhibuisse Tiberium narrat Suet. c. 32. Dum suadentibus præsidibus onerandas tributis prouincias respondit. *Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere.* metaphoricè enim significauit boni Principis munus esse moderata tributa à suis exigere subditis, sed verbis vsus est, quorũ proprius sensus

Suet.

In simplicem, & compositum: Quid sensus compositus.

sensus etiam est verus, materialem scilicet, & bonum Pastorem pecus tondere, non deglubere; sicuti etiam si fœmineo amore deuinctum, & diuitem alloquens dicerem *Gallinæ carnes sunt aut venenum*, metaphoricè significans fœminatum consortium diuitias, & vires absumere, verbis quidem metaphoricis vterer, sed quæ verum quoque proprium sensum haberent, teste Plinio lib. *28*. c.4. nihilque repugnaret, quin eadem sententia vtrumq; ego significare vellē (quod eruditè notauit etiam Ludouicus Alcasar in Apoc. not. 20. proœmiali) ut si coram graui viro adolescentem meretricum amoris implicitum occultè admonere volens, prædicta verba proferrem, optarem .n. illum iuxta proprium eorum sensum verba mea accipere, hunc verò metaphoricum eorum sensum haurire.

Gallinæ carnes aut venenum.

Alcasar.

6 Sensus verò metaphoricus simplex, & à proprio seiunctus erit, si dicam *fontes sitire*, aut *montes ridiculum murem parturire*, vt significem Præceptores aliquos scientia indigere, & maxima promittentes minima præbere. Vtriusque autem generis metaphorarum referti sunt sacri codices. Simplices metaphoræ sunt, quibus vsus est Isaias dicens. *Habitabit lupus cum agno & leo quasi bos comedet paleas*. *Emitte agnum dominatorem terræ &c.* non .n. in sensu proprio intelligendæ sunt hæ prophetiæ, sed tantum in metaphorico, & hic erit illarum sensus literalis.

Simplex sensus quisnam sit.

Is. 11.6.

Ex scripturis sacris exempla.

Is. 11.7.

Is. 16.3.

Compositæ autem metaphoræ hæ Salomonis fuerunt. *Mel inuenisti, comede, quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud*. Prou. 25. 16. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera* Prou. 27. 23. Nam hæ sententiæ, & iuxta proprium verborum sensum veræ sunt, & iuxta metaphoricum quoque verissimæ.

Prou. 25. 16.

Prou. 27. 23.

7 Noto tertio, sensum proprium in metaphora composita aliquando esse omninò verum, aliquando verisimilē tantum. Omnino verum, vt in illis Domini verbis: *Vulpes foueas habent, & volucres Cæli nidos*. Matt. 20. quid .n. eorum proprio sensu verius? metaphoricè autem per vulpes, & volucres dæmonia intellexit iuxta mētem SS. Augustini, & Gre-

Sensus proprius in metaphora quomodo se habeat.

Matt. 8. 20

S. Greg. 19. morel. S. Aug. & Gregorij *Nomine Vulpium*, ait *hic*, *dolosa*, *atque fraudulenta*, *nomine autem volucrum hac eadem Dæmonia designantur*, ille autem de Verbis Domini *Vulpes habent foueas in corde tuo*, *quia dolosus es*. *Volatilia Cæli habent nidos in corde tuo*, *quia elatus es*. Luc. 8. 5. Idem autē Dominus cum dixit. *Exijt qui seminat seminare semen suum*, metaphora vsus est, cuius proprius sensus verisimilis fuit, nec pro vero à Domino traditus.

Hæc igitur huic S. Epithalamio adaptantes, triplici modo eius verba se habere, cogitare possumus. Primus modus est, vt simplicem metaphoram contineant, ita vt immediatè significent nuptias Christi cum Ecclesia, & nihil præterea materiale, & hoc modo ea accipit prima sententia, & ita ad literam in solo sensu spirituali vult intelligi. Secundus modus est, vt metaphoram compositam contineant, & ita secunda resultat sententia, quæ iterum diuiditur; nam quidam sensum proprium verborum esse omnino verum contendunt, vt pote de re iam transacta; alij verò esse tātum verisimilem, veluti parabolā quandā. Tertia autem sententia verbis primæ subscribit, reipsa, & actione secundæ magis adhæret, vt videbimus. Quid autē vere sentiendum, & quomodo loquendum, ego non mihi arrogo, vt definire queam, dicam tantummodo, quid mihi arrideat magis, quidque magis probem.

Quomodo huius cantici sensus.

8 Dico ergo primo, magna quidem probabilitate primam sententiam præditam esse; rationes tamen non deesse, quibus contrarium suaderi possit, non s. ex simplici, & nuda metaphora, neque ab omni proprietate verborum seiuncta, esse hoc canticum conscriptum. Prior pars probatione non indiget. Nam talium virorum auctoritate prima sententia fulcitur, vt non valdè probabilis esse non possit, cumque dignitati sacræ Scripturæ, & animæ spirituali profectui totam se profiteatur addictam, valde commendabilem se præstat. Probatur igitur posterior pars. Primo.

Patrum sententia valdè probabilis.

Ex more, & consuetudine S. Scripturæ, quæ vbi simplici, & nuda metaphora vtitur, aliquod verbum adijcere solet,

Metaphora simplicis, quid nam indiciū in scrip.

solet, quo metaphoricè tantum eius dicta intelligi debere indicat. Sic Apocal. 5. 5. dicitur. *Vicit leo de tribu Iuda*, si tantum, *Vicit leo*, dixisset, potuisset etiam propriè intelligi; sed addens *de tribu Iuda*, clarè ostendit, non nisi metaphoricè leonis nomen accipiendum. sic S. Ioannes Baptista, postquam dixit: *Ecce Agnus Dei*, subijcit: *qui tollit peccata mundi*; sic Isaias cum dixisset: *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit &c.* rationem postea reddit, quæ in hominibus tantum locum habet, subdens. *Quia repleta est terra scientia Domini*, & infra quasi se ipsum exponens *Ephraim*, inquit, *non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim &c.* Dauid quoq; Ps. 44. cuius argumentum est idē ferè cum materia huius cantici, post laudatam sponsi pulchritudinem subdit. *Sedes tua Deus in sæculum sæculi*, quo aperte indicat, se de Deo loqui, & alia similia multa exempla adduci possent. At in toto cantico canticorum nullum adest verbum, quo de Deo, aut Ecclesia sermonem fieri innuatur, ergo non simpliciter metaphoricè intelligendum est.

Apoc. 5. 5

Ioan. 1. 29

Is. 11. 6.

Ps. 44. 7.

A sensu proprio quando discedere liceat.

9 Confirmatur, quoniam ex regula S. Agustini, & aliorum doctorum non debemus à proprietate sermonis recedere, nisi aliqua impossibilitas, aut absurditas, quę in eo inuoluatur, nos cogat, atqui in hoc epithalamio iuxtà proprietatem intellecto nulla adest absurditas, aut impossibilitas, vt patet ex illorum expositione, qui ad literā ipsum explicant, ergo non cogimur vocum proprietatem ab hoc cantico ablegare.

Amore humano diuinus figuratur.

Confirmatur secundo. Quoniam aliàs sępè humanos amores, & eos vehementes valdè commemorat S. Scriptura, vt Patriarchæ Iacob erga Rachelem, Dauidis erga Bersabeam, Assueri erga Esther, Amnon ergà Thamar; nec dedignatus est Deus amorem suum erga Ecclesiam in his amoribus humanis adumbrari. Cur igitur pro inconuenienti habebimus, in hoc quoque cantico amoris humani similitudinem ad explicandàm amoris diuini erga nos flammam, fuisse assumptam?

Confir-

Confirmatur tertiò. Quoniam Salomon ipse typus quidã Saluatoris fuit, & multa cecinit Dauid Pater eius, quæ ad literam de eo intelliguntur, mysticè autem de Christo Domino nostro; quid mirum igitur, si & ipse Salomon hoc intelligens sub amorum suorum typo, amorem Christi erga Ecclesiam descripsit?

Salomon typus Christi.

Confirmatur quarto. Quoniam amor diuinus adeò excellens est; & omnes intellectus nostri vires infinities supergreditur, vt ad eum aliquo pacto percipiendum, manuducẽdi per has amoris humani similitudines fuerimus, quod non contingeret si huius cantici verba non de amore humano, sed de diuino immediatè essent intelligenda.

Confirmatur quintò. Quoniam ea omnia, quæ de spõso, & sponsa in hoc cantico exprimuntur, non incommodè materialibus sponsis aptari possunt, quæ enim à Sixto Senensi, & Card. Bellarmino obijciebantur, non difficulter ab expositoribus explanantur. Caput enim sponsæ Carmelo, & nasus turri assimilantur, non ob magnitudinem, sed ob pulchritudinem, & alias rationes, quæ apud illos videri possunt.

Non incõmodè etiã materialiter Canticum explicari.

Cant.

10 Dices, at sponsa dicitur esse tota pulchra, & nullum habere maculam, quod humanam, & corpoream pulchritudinem excedere videtur, nihil enim est in hominibus omni ex parte beatum. Haberet fortasse robur hoc argumentum, si de Absalone filio Dauidis non dixisset eadem scriptura *à vestigio pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula* 2. Reg. c. 14. 25. Non mirum igitur si de muliere dicatur, quod de viro iam prolatum fuerat, cum pulchritudo dos sit mulieris potius quam viri. Sed quid ad patres dicemus, qui illius primæ sententiæ sectatores videntur?

2. Reg. 14. 25.

An pulchritudo sine macula detur.

Respondetur primò. Sherlogus antiloq. 1. sect. 4. n. 23. negans quod argumentum pro certo, & explorato supponit Patrum vniuersalem chorum pro ea stare sententia, quæ de solo Christo literalem, & historicum huius voluminis sensum intelligit, neque ad alium referri posse contendit, atque non omnino ab hoc cantico ablegasse Pa-

Paul. Sherlog.

Ad Patres quid dicẽdum.

tres omnes materialem, & proprium verborum sensum, sed potius præterijsse, minus .n. vtilem putabant; mentemq; nostram à corporearum rerum amore abductam ad cælestem, & diuinum amorem transferre satagebant; ad quod etiam hortans nos S. Gregorius magnus prologo in Cant. aiebat. *Debemus in verbis corporeis exterioribus quicquid interius est quærere, & loquentes de corpore extra corpus fieri*, & infra, *litera .n. occidit, spiritus viuificat. Sicut .n. palea frumentum, sic & litera tegit spiritum; sed quia iumentorum est paleis, hominum frumentis vesci, qui humana ratione vtitur, paleas abijciat, frumenta spiritus edere disponat*. Non igitur proprium, & literalem sensum in hoc cantico reperiri S. Greg. negat, imo indicat necessarium esse, sicuti, & tritico palea, cui innitatur est opus, sed in ipso nos quiescere prohibet, & ad spiritualem mentis oculos eleuare iubet.

S.Gregor.

Sensus literalis non reijcitur, sed spirituali postponitur.

11 Libenter etiam à sensu materiali Patres abstinebant, ne hereticis fauere viderentur, qui vt excursione sequenti dicemus, carnaliter tantum hoc sacrum carmen intelligi volebant. *Nisi forte fuerit*, inquit, etiam Sherlog. n. 43. *quod in alijs profligandis erroribus, hoc quoque tuendo libro patribus contigerit. Nam solitos eos nonnunquã eo duci Zelo, studijque ardore in confutanda Hæreticorum dogmata, vt in alterum pænè extremum inciderent, periculo neutiquam liberum*. Videatur Sixt. Sen. præf. in lib. 5. biblioth. Pineda de rebus Salom. lib. 1. cap. 19. & S. Hieron. epist. 19. ad S. Aug.

Sherlog.

Patres exponuntur.

12 Neque magnopere illorum Patrum verba me terrent, qui de amore corporeo huius cantici sententias intelligi debere pernegant. Nam & D. Paulus, cuius est irrefragabilis auctoritas illud præceptum referens il. *Non alligabis os boni trituranti*, quasi corporeum, & materialem sensum reijciens ait. *Nunquid de bobus cura est Deo?* Neque tamen auctores non infimæ notæ desunt, qui dictum illud de materialibus bobus ad literam explicant; non ergo hunc excludere omnino S. Paulus voluit, sed tantum spirituali sensui postponere, & hunc asserere fuisse à Sp. S. primò intentum, sicuti etiam cum dicitur, *misericordiam volo non sacrifi-*

Deut. 25. 4.

1. Corint. 9. 9.

Matt. 9. 13.

sacrificium, nō hoc omninò respuitur, sed illi postponitur, eodem igitur & modò intelligi poterunt Patres, dum sēsum materialem ab hoc sacro Epithalamio ablegare videntur, idem .n. & de multis alijs scripturæ locis affirmare solent dictum illud vsurpantes, *litera occidit, spiritus autem viuificat*, non quod sensum literalem damnent, sed quia nos in illo non persistere, sed altius ad spiritualem sensum assurgere volunt. Addit Sherlog. exagerationes esse, & hyperbolicos modos hæc dicta Patrum, quibus castissimi hymni puritatem commendant.

2.Cor.3.6

12 Dico secundò sensum grammaticalem, & iuxta sonum literę admittendum quidem esse, sed per eum distingui 3. sententiam à prima, vel à secunda non videri. Prior pars clara est. Nam hic sensus est fundamentum omnium aliorum sensuum, nisi .n. intelligamus quid apud grammaticos aliqua vox significet, nullum sensum ex ipsa haurire poterimus. Posterior pars probatur, quoniam, vel grammaticalis sensus strictè sumitur, vel latè, si strictè cū tantum doceat quid significent ipsæ voces apud grammaticos, ex se est indifferēs ad omnes alios sensus, & ab vnoquoq; vel non distinguitur, vel saltem supponitur, quare ab eis, qui spiritualem tantum sensum in hoc cantico cum prima sententia admittunt reijci hic sensus non potest, & qui ad spiritualem sensum hanc grammaticalem addunt, id quod iam ab ipso supponebatur, & implicitè continebatur, clarius tantum explicant, alioqui insufficiens esset diuisio sensus scripturæ in literalem, & mysticum ab omnibus approbata; si verò latè sumatur sensus grammaticalis iuxta explicationem .f. quam hi auctores grammaticalem nūcupant nullatenus ab eo, quam alij literalem appellant differre reperiremus, quare auctores, qui hunc grammaticalem sensum explicare se profitentur, verbo primam sententiam, facto autem secundam sectari videntur. Quod vt ostendam, noto, vt hæc verba, exēpli gratia *Nasus tuus sicut turris* iuxta sensum grammaticalem strictè sumptum exponantur, nihil aliud requiritur, quam

Sēsus grammaticalis, quomodo admittendus.

An à literali differat.

Cant. 7.4.

Ipsium nasus.

vt sciamus, quid vox *nasus*, quid *turris*, quid *sicut*, & *tuus* significent, & quid ex harum vocum coniunctione resultet, videlicet, nasum cuiusdam similem esse turri: at inquirere in quo hęc similitudo sita sit, an pulchritudo, vel deformitas nasi per hæc verba notetur; An similitudo nasi, & turris secundum magnitudinem, vel secundum rectitudinē, aut alias conditiones accipi debeat, & an laudi, vel vitio tribuatur, hoc iam grammaticalem sensum transcendit, & ad literalem attinet; idest, ad significationem ab ipso auctore intentam; cum autem vbique in sono literæ explicando non solum priorem illam vocum significationem hi auctores expendant; sed etiam in hanc secundam copiosè semetipsos effundant, non video, cur etiam hic sensus ab ipsis allatus, literalis dici nequeat.

Cum literali aliorū conuenit.

13 Confirmatur quoniam sensus iste, quem grammaticalem vocant, coincidit omnino cum aliorum literali, nec minus illius auctores, quam huius sectatores in rite similitudines materialiter adaptando laborant, ergo rè ipsa in sensu conueniunt.

Sensus materialis, an spirituali repugnet.

Confirmatur secundò. Quoniam auctores alij, qui volunt literalem huius cantici sensum esse de Christo, & Ecclesia, conantur ostendere verba materialiter non posse conuenienter intelligi, vt quod dicebatur de capite, vt Carmelo, de naso, vt turri, &c. & PP. similiter, vt aliquā prophetiam probent esse de Christo Domino, contendūt, alteri personæ congruere non posse, vt D. August. t. 7. lib. de vnit. Ecclesiæ cap. 8. *Psal.* 71. inquit *in Salomonem titulatur, sed quia ita dicta sunt, quæ in illum regem temporalem, & postea grauiter peccantem conuenire non possunt, etiam contra ipsos Iudæos de Christo esse prædicta inuictissime defendunt*; Qui ergo in laudibus sponsæ tributis conuenienter alicui mulieri aptandis laborant, præcipuum fundamentum stabiliendi tanquam literalem spiritualem sensum euertunt. Quamuis igitur verbis cum prima sententia conuenire videantur, reuera potius pro secunda pugnant.

S. August. Psal. 71.

14 Confirmatur tertio, si proponatur explicandus ille

Is. 1. 7. Isaiæ locus *leo tanquam bos comedet paleas*, qui dixerit ad literam intelligendum esse de feris hominibus per Euangelium mansuetudinem edoctis, ostendens de materialibus leonibus, hoc nunquam fuisse impletum, maxime suã sententiam confirmabit, qui verò diceret animalia ipsa leonis nomine significata verè comedisse paleas, immeritò negaret de his animalibus ad literam esse intelligendum, ergo similiter cum affirmatur hoc dictum: *Nasus tuus sicut turris* ad literam intelligi tantum de Ecclesia, consequenter loquuntur affirmantes, non rectè hoc dici de materiali fœmina, & ita procedunt Sixt. Sen. & Card. Bellarm.; at, qui idem de sensu literali sentiunt, ac deinde fœminæ materiali eandem laudem congruenter aptare conantur, cõtrã proprium commodum laborant. Nec euasio de sensu grammaticali eos perfectè tuetur. Nam & hoc dictum *leo quasi bos comedet paleas* sensum habet grammaticalem, qui tamen in explicanda tantum vocum significatione versatur, non autem ad ostendendum quomodo leo paleas comederit se extendit; hoc .n. grammatici munus, & literæ sonum transcendit, similiter ergo, qui sensum tantum grammaticalem illorum verborum, *nasus tuus sicut turris* explicat, illorum tantum significationem aperire debet, non verò quomodo materiali fœminæ aptè cõuenire possit, indagare, & qui hoc conatur, iam à sensu grammaticali ad sensum literalem transit.

Qua materialiter exponi nequeunt, mysticè sunt accipienda.

Cant. 7. 4.

Is. 11. 7.

Cant. 7. 4.

15 Dices, etiam Grammaticos Virgilium exponentes, non tantum vocum significationes explicare, sed etiam sententiarum veritatem expendere, & illius mentem indagare, ergo huiusmodi expositio Grammatici munus nõ excedit, idquè apertè fatetur Quintil. lib. 1. cap. 4. & c. 9. Grammaticis .n. & rectè loquendi scientiam, & Poetarum aliorumque auctorum enarrationem attribuit. Respondeo hos expositores non tantum sensum grammaticalem strictè sumptum, sed etiam literalem, idest ab ipso auctore intentum persequi. Quidquid sit an hoc efficiant vt puri grammatici, vel vt philologi, & humaniorum literarum periti,

Grammatici munus.

Quintil.

periti, satis mihi est, ipsos aut sensum grammaticalem à literali non distinguere, aut si distinguunt, illum in vocũ tantum significatione constituere, & hinc ad auctoris mentem, idest sensum literalem inuestigandum sibi gradũ facere. Si valet ergo exemplum, aut fateantur auctores, de quibus loquimur, sensum, quem ipsi grammaticalem vocant, esse quoque literalem, aut intra simplicem vocum expositionem se contineant.

Ad sensũ literalem quid requiratur.

Confirmatur quartò. Quoniam secundum omnes sensus literalis diuiditur in proprium, & metaphoricum, qui autem verba illa: *Nasus tuus sicut turris*, conuenienter fœminæ adaptat, dat illis sensum proprium; ergo hunc eundem esse literalem negare non potest. Dicent fortè, vlterius ad sensum literalem requiri, vt illa laus alicui fœminæ verè fuerit attributa? at non verè dicunt, alioquin fabulæ poetarum, quæ fictæ sunt, imò & libri Ciceronis de Oratore, in quibus oratorem perfectissimum, sed qui nunquam extitit, describit, sensu literali carebunt. Dicent oportere præterea, vt ex auctoris mente illud significent, non fuisse autem Sp. S. mentem, vt hæ laudes fœminæ adaptarentur. At si hoc sibi persuadent, quomodo cõtra, vel saltem præter Sp. S. mentem audent ipsi has laudes explicare, & fœminæ alicui congruenter aptare? Præterea si non fuit Sp. Sancti mens, casu ergo euenit, vt hæ laudes etiam materiali fœminæ congruant, sicuti aperto Virgilij codice casu contigeret, vt versus occurreret, qui cogitationi meæ responderet; At quæ casu eueniunt, rarò contingunt cum igitur omnia quę dicuntur in cantico optimè pulcherimæ fœminæ, vt hi auctores volunt, congruant, nõ casu hoc contigisse, sed ex auctoris intentione fatendũ est.

Cant. 7. 4.

Sensus materialis huius cantici, an à Spiritu sãcto intentus.

Neque hæc ignorasse grammaticalis sensus auctores censeo, sed à nomine literalis eos abstinuisse, ne quis hunc materialem sensum à Sp. S. primo intentum fuisse existimaret, & Spiritualem de Christo esse tantum mysticum, qua in re laudanda est eorum mens, neque reuerà à nostra sententia admodũ dissident vt ex dicẽdis magis patebit.

26 Dico

16 Dico quartò. Prȩter ſenſum ſpiritualem dari quoque in hoc cantico alium ſenſum, qui non incongruè Parabolicus vocari poterit. Probatur quoniam ſi non daretur alius ſenſus præter ſpiritualem, omnia, quæ hic dicuntur, explicanda immediatè eſſent in ſenſu ſpirituali, quod difficultate non carere ſuprà probauimus. Præterea omnes ferè interpretes, recentiores ſaltem, explicant ea prius in alio ſenſu, materialiter .ſ. & quatenus duobus amaſijs conuenire poſſunt; Datur igitur alius ſenſus præter ſpiritualem, hic autem alius ſenſus, vel aptabitur rei, & perſonæ veræ, vel fictæ. Si verè erit dicendus ſenſus propriè hiſtoricus, ſi fictè, quod probabilius exiſtimo, merito vocabitur parabolicus, non quidem in ea ſignificatione, in qua hoc nomen vſurpatur à S.Tho. pro metaphorico, ſed vt ſignificat ſenſum, & explicationem parabolæ materialiter ſumptæ: An verò hic ſenſus, quem nos parabolicum vocamus, literalis, vel grammaticalis ſit appellandus, videtur quȩſtio de nomine, quam vitare ipſum appellando parabolicum tantum, ſiuè materialem poſſumus, ſed ne videamur difficultates fugere.

Senſus parabolicus an in hoc cantico.

Dico quintò. Hunc ſenſum parabolicum vocari iure poſſe literalem. Probatur quoniam ex D.Thom.p.p.q.1. art.10. Illa prima ſignificatio, qua voces ſignificant res, pertinet ad priorem ſenſum, qui eſt ſenſus hiſtoricus, & literalis. At ſenſus hic parabolicus eſt, per quem primò ſignificantur res. Hæc .n. verba *Naſus tuus ſicut turris* primo ſignificant naſum alicuius perſonæ eſſe ſimilem turri, & hic eſt quem nos vocamus parabolicum, ergo hic eſt literalis. Dices intentio Sp. S. qui eſt auctor horum verborum, non fuit ſignificare naſum materialem alicuius perſonæ eſſe turri ſimilem, verba autem ſignificant ex intentione auctoris, ergo naſus materialis per illa verba non ſignificatur.

An literalis appellandus.

Cant.7.4.

Reſpondeo intentionem Sp. S. fuiſſe ſignificare naſum materialem ſimilem turri, non vt finem ſuȩ locutionis, ſed vt medium ad intelligendum olfactum ſpiritualem. Sicuti

quando

quando Christus Dominus dixit. *Simile est regnum Cælorum grano synapis, quod minimum est omnibus seminibus &c.* Intentio, & finis eius non fuit explicare naturam synapis, sed conditionem regni Cœlorum, vti tamen voluit ea similitudine, & nemo negabit, sensum, per quem intelligitur materiale granum synapis, esse literalem, eodem igitur pacto, quamuis Sp. S. scopus non fuerit explicare pulchritudinem materialem nasi, hac tamen similitudine vti voluit, vt pulchritudinem spiritualem prudentiæ intelligeremus, ac proinde ille sensus erit literalis. Confirmatur quoniam in parabolis; licet similitudinis nota non apponatur; reuera tamen sunt similitudines; & particula (sicut) aut alia huiusmodi subintelligitur, ergò idem, quod de similitudinibus, de eis est dicendum.

Multa in parabolis ad decorũ tantum.

17 Confirmatur secundò quoniam alioqui multa verba in sacra Scriptura absque vllo sensu tum literali, tum mystico reperirentur. Nam in parabolis multa sæpè narrantur non in sensu metaphorico, neque in mystica significatione accipienda, sed tantum ad parabolæ decorum seruandum, vt in parabola Regis, qui voluit rationem ponere cum seruis suis, quod iusserit Rex vxorem, & liberos eius, qui decem millia talenta debeat, venundari. Nam neque omnes magni peccatores, qui in hoc seruo figurantur, vxores habent, neque quibus vxores sunt, simul cum ipsis, nisi, & ipsæ proprijs sint oneratæ peccatis, in inferos detrudantur, & si vxoris nomine anima ipsa intelligatur, non ea cum liberis venundatur, vt ex ipsius pretio æs alienum persoluatur. Itaque sapienter S. Chrisost. hom. 65. in Matt. ait. *In parabolis non oportet nimia in singulis verbis cura perangi, sed cum quid per parabolam intendat, didicerimus inde vtilitate collecta, nihil vlterius anxio est conatu inuestigãdum,* quare huiusmodi parabolarum partes emblemata à Patre Maldonato in Euangelia scitè vocari solent; Cum in his igitur non sit sensus metaphoricus requirendus, si etiam proprio sensu literali carebunt, omninò sensus literalis, immò & cuiuscũque alterius expertes erunt,

Quænam in eis Emblemata.

S. Chrys.

erunt, hoc autem esse inconueniens, patet, nã tunc otiosa verba nuncupanda essent, quodnã .n. verbum magis dici meretur otiosum, quam illud, quod ad nihil significandum prolatum fuit? quodnam autem magis ad nihil significandum dici potest prolatum fuisse, quam illud, quod omni sensu & literali, & mystico, ab eloquente intento caret? Ne igitur hoc dicamus, fatendum erit, has parabolarum partes sensu literali .s. proprio, non carere, idemque de reliquis partibus, quæ magis præcipuæ sunt, multo magis erit dicendum.

Præterea si hic non est sensus literalis, verba, igitur huius Cantici immediatè significabunt sensum spiritualem tamquam solum literalem, frustra igitur in adaptandis, materialiter comparationibus desudabunt expositores sicut incassum laboraret, qui dictũ illud, *leo comedet paleas*, materiali leoni accomodare niteretur; Atqui hoc non est de præclarissimis expositoribus dicendũ, ergo sensus parabolicus est literalis.

Is. 11. 7.

18 Dico sextò sensum spiritualem huius cantici, & mysticum dici posse, & literalem, mihi tamen literalis nũcupationẽ magis arridere: quod dici possit mysticus probatur quoniam ex D. Tho. art. 10. supracit. Illa significatio qua res significatè per voces, iterum res alias significant, dicitur sensus mysticus; quẽ ille spiritualem vocat. At hic prudentiæ pulchritudo est res quæ significatur per nasi pulchritudinem per voces primo significatã, ergo ille sensus est mysticus. Quod autem dici possit etiam literalis probatur. Quoniam hic est duplex, vt supra indicauimus, proprius, & metaphoricus; Si igitur dentur verba, quæ & propriè, & metaforicè accipiantur, hæc duplicem sensum literalem admittent, vt patet exẽplis supra allatis de bono Pastore tõdente pecus, & de Gallinæ carne, quæ aurum consumit. At huiusmodi dici possunt verba Cantici huius nã in sensu proprio corpoream pulchritudinem significant, & in metaphorico animæ decorem, ergo vterque dici poterit sensus literalis, sed ille pro-

Sensus spiritualis an mysticus.

D prius,

prius, hic metaphoricus posse .n. dare duplicem eiusdem sententiæ sensum literalem docent communiter Theologi cum D. Thoma p.p. quęſ. 1. art. 10. D.Th.

Dices hac ratione quilibet sensus mysticus dici poterit literalis exempli gratia dictum illud, *Non alligabis os bovi trituranti*, duplicem sensum literalem habebit, & propriũ. Scilicet, qui est de materialibus bobus, & metaphoricum, qui de concionatoribus, & simili ratione omnes sensus mystici vocari metaphorici, & literales poterunt. *An literalis.* 1.Cor.9.9

Respōdeo, nō deesse, qui id cōcedant de sensibus illis mysticis, quos certò scimus intentos fuisse ab Spiritus S. vt qui allegati reperiuntur in testamento nouo, ità sensisse videtur doctissimus Abulensis Episcopus q. 28. in cap. 13. Matt. asserens literalem sensum illum esse, qui est à Sp. S. intentus, necnon Lyranus in Dan. 8. & Matt. 28. quem sequitur Dionysius Cart. 2. Matt. asserens, tunc esse duplicem sensum literalem in vno, & eodem loco, quoties aliquid dicitur, quod in veteri testamento impletũ fuit, magis tamen principaliter in nouo. Abulens. Episc. Lyranus Dionys. Cart.

E contrariò S. Tho. in resp. ad 3. videtur in hoc casu velle sensum tantum metaphoricum esse literalem, non autem proprium, ait .n. *dicendum, quod sensus parabolicus* (*hic est metaphoricus*) *sub literali continetur* nam per *voces significatur aliquid propriè, & aliquid figuratiuè neque est literalis sensus ipsa figura, sed id quod est figuratum*. Verum loquitur S. Tho. quando in sensu proprio nullo pactò sunt accipienda verba, vt in eius exemplo patet de brachio Dei, quód metaphoricè tantum intelligitur. S.Thom.

19. Dicerem igitur sensum metaphoricum distingui à mistico, quod ille significatur immediatè per verba, hic autem mediatè per res à verbis significatas, sed difficultas adhuc non modica superest, quoniam quotiescunque sensus metaphoricus coniunctus est cum sensu proprio, mediatè significari videtur, prius .n. mens auditoris fertur in significatum proprium, quam in metaphoricum, vt patet in hoc ipso Cantico. Nam sensus spiritualis non prius *Et quomodo.*

eruitur,

eruitur, quam sensus materialis, qui est proprius aperiatur, iuxta hanc regula igitur sensus spiritualis huius Cātici erit dicendus mysticus. Resp. ob hanc rationem nos concessisse probabiliter posse mysticū hunc sensum appellari. Adest tamen contra non contemnenda ratio, quia si hoc demus, sequitur etiam in parabolis sensum spiritualem esse mysticum, quod non videtur concedendū, quis.n. dicet in parabola seminantis per semē significari mysticè verbum Dei, & non literaliter. Similiter in illa parabola Ioatham Iud. cap. 9. 14. per ramnum significari Abimelech mysticè, & non ad literam? Dicerem igitur, saluo meliori iudicio, sensum proprium in verbis metaphoricis interdum esse tantū medium, interdum verò esse, & mediū, & terminum, in hoc casu autem gignere sensum mysticū, in illo nequaquam, sed metaphoricum. Explico meum dictum. Tunc sensus proprius, est terminus, & medium quando author verborum vtrumque sensum, per se, & vt quod, intendit, quamuis non æque principaliter, vt in illo præcepto. *Non alligabis os boui triturāti*, sensus proprius est terminus, & medium, terminus quoniā per ipsum tenebātur Hebræi non alligare os boui materiali trituranti; & est medium, quoniam per hoc præceptum indicabatur, esse cōcionatores à suis auditoribus pascendos, quare hic erit sensus mysticus, & ille literalis: At verò in parabola seminantis sensus materialis, & proprius est medium tantum, & non terminus, non enim mens Christi fuit docere, quid facere debeant terreni Agricolæ, sed per hanc similitudinem instruere Concionatores, & auditores; ac proinde hic sensus est metaphoricus, & literalis, non autem mysticus; & idem dicendum de sensu proprio huius Cantici, quia Sp.S. intentio non est, vt in sensu proprio, & materiali verborum quiescamus; neque docere nos, qualis esse debeat mulier pulchra, & amnas, sed per huius similitudinem manudecere nos ad pulchritudinem spiritualem, & amorem Dei percipiendum, & idcirco hic dicitur sensus literalis, & non mysticus per verba

Quid sit intendi vt medium, & vt terminum.

1. Corint. 9. 9.

enim immediatè, vt quod significatur.

Sensus proprius in parabolis an literalis.

20 Sed adhuc scrupulus remanet, quoniam hinc videtur sequi sensum proprium, cum non sit intentus, non esse literalem, sicuti in parabola de arboribus regem sibi eligentibus, materialis sensus de arboribus non videtur literalis, alioqui sensus proprius illius dicti, *leo quasi bos comedet paleas*, erit quoque dicendus literalis, non .n. apparet discrimen, cum in vtroque exemplo sensus proprius, & materialis falsus sit; quod si admittatur, iam nullus reperietur sensus metaphoricus, quem non comitetur proprius, & literalis.

Is. 11. 7.

An intentus ab authore.

Respondeo sensum proprium, de quo nos loquimur, nõ esse quidem intentum tanquam terminum, esse tamen intentum tanquam medium, quoniam qui loquitur, vti vult sensu proprio, tanquam simili ad explicandum sensum metaphoricum; quare apologum quoque de arboribus eligentibus regem habere dicerem sensum proprium, & hũc esse literalem, sicuti etiam Aesopi apologi, & poetarũ fabulæ; non .n. authores intendunt per hos apologos significare immediatè id, quod deinde per sẽsum metaphoricum colligitur, sed media illa similitudine propriè intellecta, quod in simplicibus metaphoris non contingit, cum .n. dico. *Vicit leo de tribu Iuda*, per leonem intelligo immediatè Christum, & idem videtur dicendum de Isaiæ prophetico dicto, *leo quasi bos comedet paleas*, quamuis in hoc etiam posset quis cogitare adesse sensum propriũ. Et ab hac nostra sententia nõ videtur longè abesse P. Gabriel Vasquez quæst. 15. in p.p. c. 4. vbi de applicatione parabolæ loquens ait. *Qui sensus mysticus dicitur, si ad priorem partem referatur, eo quod in re sensibili reconditus sit; sed relatus ad posteriorem partem parabolæ, reuera est literalis*, necnon Archiepiscopus Caluritanus Ambrosius Machin disp. 8. in p.p. S. Thomæ sect. 2. *Nam in Cantico Canticorum*, *inquit*, *duplex sensus reperitur, alter rei quæ adducitur in parabolam, & hic est materialis, nempe res quasi gesta inter pastores, non quod reuera id acciderit, sed quia adducitur in parabolam, vt sub illis personis*

Apoc. 5.

Is. 11. 7.

Gabriel Vasquez.

Ambr. Machin.

An duplex sensus literalis in Cãtico.

personis id, quod spirituale significetur: alter sensus est rei significata per parabolam, qui licet dici possit spiritualis respectu alterius materialis: tamen respectu partis subintellecta, in qua applicanda erat parabola, sensus literalis erit, qui ad spiritualem amorem, & charitatem refertur, quem propriè voluit Sp.S. exprimere. Notà illa verba *applicanda erat parabola*, per quæ intelligi datur ipsa parabolæ verba non immediatè significare obiectum spirituale, & metaphoricum; vt contingit in simplici sensu metaphorico, sed immediatè rem parabolicè explicatam, & media applicatione rem, cui parabola applicatur, & hac ratione duplicem à nobis statui sensum, vt etiam hic author, & Vasquez admittunt & vtrumque literalem, priorem quidem, quia si literalis non esset, aut mysticus dicendus esset, quod est absurdissimum, aut grāmaticalis tantum, vt tertia sententia affirmabat, quod non sufficienter dici ostendimus, secundus etiam sensus dicitur literalis, quia solus tanquam terminus est ab authore intentus, vt supra explicauimus.

In quo à nobis hi Doctores differant.

Differunt autem hi Doctores à nobis, quoniam volunt quidem ipsi, sensum spiritualem appellari posse literalem, sed quatenus seorsum à materiali consideratur, cum ipso vero, & literali collatum, dicendum esse mysticum. Nos autem & materialem, & spiritualem ei collatum nuncupamus literales, illum ratione significationis propriæ, hunc autem ratione metaphoricæ, vt explicauimus.

P. Ignati⁹ Landrianus.

Rabbinorū authoritate probatur.

21 Doctorum Hebræorum calculo hæc etiam confirmatur sententia teste pereruditо P. Ignatio Landriano in Virg. partu tract. 3. sect. 3. c. 1. vbi hæc effatur. *Conueniunt, & concedunt Rabbini in scripturis tum historicis, tum propheticis, aliquando dari duplicem sensum literalem, quod præcipuè verum est in loquutionibus figuratis, & parabolicis, quales sunt ferè omnes quas inhoc lib. prouerbiorum, & præcipuè hoc cap. 30. congessit sapiens v. g. huius parabola. Via Aquila in Cœlo primus sensus literalis est materialiter via ipsa, quam facit Aquila ipsa per aerem volando. Secundus sensus verè parabolicus literalis est rei significata per res ipsas materiales, v. g. quid intelligat*

Salomon

Salomon sub hac similitudine via Aquila volantis per aerem; & hic sensus est principaliter intentus. Quare dixit Rab Samuel. Reuoluimus omnem scripturam,& non inuenimus,quod non est vaticinatus Rex Salomon,nisi octingentos versus, cur ergo scriptura asserit esse tria millia 3. Reg. 4.32. Vt scias quod vnusquisque versus habet duos, & tres sensus. hæc ille. Quando ergò. S.Thom. asserit *tunc esse sensum mysticum,cum res significatæ per voces,iterũ res alias significant*, intelligi debet de rebus,quę ex intentione dicentis significantur terminatiuè per voces, non verò de rebus quæ assumuntur,vt medium tantùm ad alias res significandas. Nam tunc istæ res vocum vicem subeunt, sicuti etiam Scripturæ. Sed hac de quæstione nimiũ fortè subtilius, ac prolixius egimus,cum de verbis potius, quam de re videatur esse dissensio,nec multum referat,an prior ille sensus materialis, grammaticalis tantum appelletur, an literalis, spiritualis verò mysticus ne dicatur, vel literalis.

Rab. Samuel.

Salomon quot versus scripserit.

3. Reg. 4. 32.

De colloquentibus, siue concinentibus in hoc Sacro Cantico iuxtà historicum sensum. Quid alij senserint.

EXCVRSIO SECVNDA.

1 In quo omnes conueniunt.

PRO certò,atque explorato apud omnes expositores nemine ambigente,nedum abnuente habetur amasios duos siuè sponsum,& sponsam mutuò amore flagrantes præcipuos hic esse interlocutores, nonnulla verò, aut sponsi sodales, aut sponsę comites adolescentulas affari. Cuinam .n. præterquam sponsæ prima huius Sacri Carminis verba. *Osculetur me osculo oris sui?* Ascribi poterunt? *Cui item illa? Dilectus meus mihi, & ego illi?* & illa, *omnia poma noua, & vetera dilecte mi seruaui tibi*

Cant. 1.1.

Cãt. 2.16.

uaui tibi c.7.13. cum alijs multis? Cuius etiam præterquã sponsi, dici poterunt verba illa? *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa &c.*? Cant.4.9. & id genus alia multa? Adolescentularum porrò sunt illæ voces. *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ò mulierum pulcherrima*? sponsi autem sodalibus verba illa, *quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens &c.* & alia nonnulla tribui possunt; sed quidquid sit de sodalibus sponsi, siue de sponsæ comitibus parum refert; magni verò ponderis est, & Cantici Canticorum intelligentiȩ veluti clauis, & cardo personarum sponsi, & sponsȩ tum voces, tum conditiones agnoscere.

Caht. 7. 13. Cant.4.9. Cant.5.9. Cant.6.9.

Quamuis ergo omnes conueniant, vt diximus expositores in scenam hic prodire sponsum, & sponsam, quinam tamen hi sint, aut fuerint non inter eos conuenit.

2 Sed ne Catholicos cum hæreticis confundamus, horum errores ante omnia breuiter explicare, & explodere operę pretium erit. Catholicæ igitur fidei perduelles id, quo pleni sunt eructantes nihil spirituale, nihil diuinum, nihil propheticum in hoc Cantico contineri asserebant, sed nuptiale tantum carmen esse, quo prophani amores inter lasciuos amasios, & mutua eorum impudica colloquia, voluptatis tantum gratia canerentur ad instar Dialogi, qui de amore sub conuiuij nomine postea Plato scripsit. Meminit huius hæreseos Philastrius Episcopus in suo catalogo hæresi 133. & inter anonymas recenset, eius tamen authorem, aut saltem pręcipuum sectatorem commemorant alij Theodorum Momptuestinum Antistitem, & Nestorij pręceptorem, videnturque quicunque illius fuerint authoris è lasciua magis, quam docta Iudȩorum schola eam hausisse. Eandem perlibenter amplexi sunt neoterici sectatores, ac præsertim Anabaptistæ. Hi autem omnes in sponso, siue amasio designando conueniunt, inquiunt .n. ipsum Salomonem esse, de sponsa, siue amasia non idem omnes sentiunt. Nam Castalionus vt Sixt. Sen. lib.8. suę bibliot. heresi 8. refert in annotationibus ad hoc Canticum censet quandam fuisse Sunamitem, de qua dicatur.

Hæretici quid sentiant.

In quo differant.

Sixt. Sen.

catur. *Reuertere, reuertere Sunamitis.* Cant. 6. Alij verò quorum meminere Philastrius, & Iacobus Chystopolitanus Episcopus tradidere Canticum istud in laudem filiæ Pharaonis regis Aegypti à Salomone iam à suis concubinis deprauato fuisse compositum, & in suæ opinionis confirmationem verba illa. *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea* adducebant. Lutherus verò, vt cæteris modestior videretur in exordio suarum annot. in Cantica secutus est errorem quorundam Hæreticorum, quos Theodoretus in præfat. canticorum narrat asseruisse libellum hunc nil aliud esse, quam familiare colloquium inter Salomonem, & Rempublicam Iudæorum inuitãtem Salomonem dilectum suum ad regnandum super eam. Ad spiritualem autem, & diuinum intellectum nõ posse huius Cantici verba referri hoc indicio concludebant hi omnes, quod nunquam in eo Dei nomen positum fuerit contra Diuinæ scripturæ consuetudinem, in qua nullus extat liber, in quo scriptum non reperiatur: Salomonem.n. religione adductum ausum non fuisse amatorijs carminibus sanctum Dei nomen immiscere, ne contra legis præceptum nomen Dei in vanis sermonibus assumeret.

Cant. 6. 12.

Cant. 1. 9.

Theodor.

3 Auersantur autem Catholici omnes hunc hæreticorum errorem multi etiam impugnant, vt Sixt. Sen. lib. 8. cap. 8. Bibliot. & Card. Bellarm. lib. 1. de verbo Dei c. 15. qui etiam ijsdem armis vtuntur asserentes nõ posse iuxtà literę sonum similitudines huius Cantici exponi, ea nimirum ratione inquit Card. Bellarm. *vt nulla daretur occasio suspicandi, vel filiam Pharaonis, vel aliam certam fœminam isto carmine laudari, ea dicuntur, quæ aptissimè quidem in Ecclesiam conueniunt, fœminam verò aliquam dedecorare potius, quam ornare possint.* Verum his telis scuta opponunt recentiores interpretes, qui etiam ad literam, vel iuxta sonum literæ has accipientes laudes nil acutius, nil opportunius, nil decentius in laudem alicuius fœminæ pulcherrimæ dici potuisse contendunt. Quibus ergo armis, aut machinis hos fidei rebelles oppugnare, aut debellare poterimus?

Impugnãtur hæretici.

Non satis ualide.

Potissimũ contra eos zelum.

Potis-

Potissimum contra ipsos telum est authoritas Ecclesiæ, quæ hunc librum semper tanquam à Sp. S. dictatum venerata est, & quamuis de alijs nõnullis sacris libris, an Germani Sp. S. fœtus essent, olim dubitatum fuerit, de hoc tamen, neque apud Hebreos, neque apud Christianos vlla vnquam dubitatio fuit, quarè inter canonicos primi ordinis, quos etiam protocanonicos Sixtus Senensis appellat recensetur.

Rationibus etiam si non omninò conuincentibus, valdè tamen probabilius id ipsum ostendi potest. Primò ex titulo Cantici Canticorum, quo indicatur super omnia alia Cantica hoc esse excellentissimum; At non ignorabat Salomon multa iam Cantica in Dei laudem, & prophetico spiritu esse composita, ergò si hoc suum Canticum humanitus tantum, & ad amorem prophanum declarandum ab ipso fuisset exaratum, numquam afflatu diuino conscriptis ipsum antepofuisset.

Ex titulo confirmatur.

Dices à deprauato iam fœminarum amoribus Salomone, & Idolorum cultore nullum esse errorem, aut scelus, quod proficisci non potuerit. Respondeo affectum quidem procul dubio deprauatum fuisse & labefactatum, at de intellectu hoc certum non est. Si ergo incorruptus, & intellectus remansit, argumentum robur suum retinet, si verò mentis lumen amisit, & sapientiam, carmina tam venusta, & ænigmatica pangere nesciuisset.

4 Preterea quamuis demus allatas similitudines in hoc Cantico non inconcinnè mulieri speciosæ adaptari posse. Multa tamen sunt in eo contra morem, & consuetudinem humanam, ac precipuè Hebræorum, vt quod puella prima osculum expectat, ipsaque noctu per Vrbem errabunda dilectum quærens peregrinetur. Multa etiam sunt, quæ Salomoni congruere nequeunt, vt quod *pascat* (scilicet oues) *& cubet in meridie*, & inueniendus sit à dilecta *hedos suos pascente*, quod *montes, & colles transiliat*, quod *messuerit myrrham*, quod *rore nocturno madidus fores dilectæ pulsauerit &c.* Non ergo de seipso loquutus est, nempè verò est verisimile

Salomoni hoc Cãticũ non congruere.

Cant. 7.

Cant. 2. 8.

risimile de aliquo sibi subdito, & longè inferioris notæ viro summum regem hæc cecinisse, ergo de summi Regis regum amoribus erga suam sponsam ænigmaticè scripsisse credendum est.

Cur Salomō hoc texuerit carmen.

De nuptijs Christi cum Ecclesia iam carmen factum ediderat Salomonis Pater psal. 44. easdem nuptias cōmemorat S. Ioannes in Apocalypsi, quid mirum igitur si ad easdē respexisset Salomon? Immò valdè congruum id fuit, cum.n. in ipsius temporali regno Christi regnum, spirituali adumbratum fuerit, idque Salomonem non lateret, & spiritu prophetico antequam peccaret, non careret, quid Rex pacificus, & opulentus decentius, quam nuptias, & amores illius summi regis, cuius ipse vmbra, & typus erat, propheticè caneret? sicuti Bellatori Dauidi bella victorias, & triumphos decantandi in multis psalmis prouincia demandata fuerat?

Cur Dei nomen hic silentio obuoluatur.

Argumentum autem aduersariorum contra spiritualē sensum huius cantici ex Dei nomine non enunciato duplici ex capite infirmissimum est. Altero quoniam hic liber totus est allegoricus, & ænigmaticus, non ergo nominibus Dei proprijs, quæ ænigmatica, & allegorias soluūt, vti debuit. At inquies adest in eo Salomonis proprium nomen. Respondeo Aenigmaticè ipsum quoque vsurpari, vel dicito nomen illius, qui est ænigmatis principale subiectum in eo retineri, non autem cuiuspiam alterius, nō mirum igitur si Dei nomen, qui est in hoc carmine sponsus reticetur, non autem Salomonis. Secundo imbecille redditur, immò ad nihilū redigitur argumentum. Quoniam exhibetur nobis Deus in hoc Cantico, tanquam amantissimus sponsus, & idcirco relictis maiestatis nominibus, quoniam vt ait quidam. *Non bene conueniunt, nec vna in sede morantur Maiestas, & amor,* illa alia vsurpantur, quę amorem declarant, & animum alliciunt, videlicet sponsi dilecti floris &c. Hæreticis igitur ablegatis.

Sententia qua PP. ri ditur.

Prima catholicorum scriptorum sententia, quę veterū, etiam SS. Patrum videtur, nullas admittit personas prætercas,

ter eas, quas spiritualis sensus, quem non distingui ab historico existimat, suggerit Christum, & Ecclesiam v.g., aut alias similes, qua de re excursione præcedenti abundè locuti sumus.

Secunda sententia esse veluti fabulam.

Secunda sententia personas quidem in sensu grammaticali, vel literali admittit, sed laruatas, aut fictas, quales in parabolis, & fabulis induci solent. Ita Michael Ghislerius præfat. cap. 4. dicens *librum illum minime esse historicum, narrationemque eius genus esse locutionis rerum figuratarũ, non autem gestarum* laudatque pro hac sententia D. Augustinum t. 3. lib. 8. de Gen. ad literalem cap. 1. dicentem de primis capitibus Geneseos. *Narratio quippe in his libris non genus locutionis figuratarum rerum est, sicut in cantico canticorum, sed omnino gestarum, sicut in regnorum libris* in quem sensum loqui videtur etiam S. Dionysius Areopag. ep. p. ad titum, & alij, quos refert Sherlogus sect. 5. n. 31. fauẽt huic sententiæ Origenes, Basilius, Greg. Nazianz. aliique patres, quos refert Sherlog. sect. 5. n. 30. qui huiusmodi canticum fabulæ, aut comœdiæ nomine nuncuparunt, in his. n. personæ fictæ, non autem veræ admitti solent.

Michael Ghisl.

D. Aug.

S. Dionys. Areop.

Sherlog.

3. parabolam esse.

6 Tertia sententia non ab hac valdè distans est, respexisse Salomonem, non aliquas quidem peculiares personas, neque certam rem aliquando gestam retulisse, sed id quod communiter in Hebræorum nuptijs contingere moris erat repræsentasse. In hanc tãdem se deuenisse sententiam affirmat eruditissimus Gaspar Sãctius in præfat. ad lectorem. Ait .n. hic: *Ac tandem vero maximè simile mihi visum est, spectare Salomonẽ in hoc sacro Epithalamio ritus illos, qui in nuptiarum sacris communiter seruabãtur ab Hebræis quia in eis optima proponebantur symbola casti connubij sicuti in his qui nunc à Christianis religiosè seruantur*, & infra. *Quæ à Iudæis nunc etiam ex antiquo, ut verisimile est, patrum suorum instituto seruari colligitur ex Hebræorum rituali seu cæremoniali, quod latinum fecit Genebrardus, quod ego etiam accepi ab Hebræo quodam Iudaica antiquitatis scientissimo qui Hebræorum matrimonij non interfuit solum, sed etiam præfuit tamquam sacrorum*

Gaspar Sanctius.

 Antistes

Antistes. Suffragãtur huic cogitationi parabolæ Euãgelicæ, quę vt plurimum illius temporis moribus aptatæ noscuntur, vt quod de Virginibus cum lampadibus obuiam sponso, & sponsæ exeuntibus, quod de veste nuptiali, & alijs similibus dicitur, quarè non mirum si etiam Salomon in hoc nuptiali carmine ad suæ gentis, & temporis mores respectasse dicatur. Neque ab hac sententia distare vidētur qui hoc canticum, lungam parabolam esse volunt, vt Vasquez, & Machin priori excursione citati.

De filia Pharaonis interpretatur 4. sent.

Quarta sententia perantiqua est, & valde celebris, multisque concertationibus nobilitata, sponsum in hoc cantico ipsum esse Salomonem, sponsam verò filiam regis Pharaonis, quam ipse plurimum adamauit, & super omnes alias vxores siue concubinas extulit. Nec in ipso carmine parum fundamenti habet, vt quod ad regem attinet Salomonem, illa verba *Egredimini, & videte filiæ sion regem Salomonem &c.* & illa *En lectulū Salomonis 60. Fortes ambiūt ex fortissimis Israel &c.* Quo ad filiā verò Pharaonis illa alia, *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea*, & illa *60 sūt Reginæ octaginta cōcubinæ, adolescētularū nō est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea etc.* Eā tamē nōnulli Patres, & inprimis Theodor. Cyrēsis Epis. acerrimè impugnarūt. neque mirum, quoniam, qui tunc temporis hanc sententiam vulgarunt, hæretici fuere, vt suprà diximus.

Cant. 3. 11.
Cant. 3. 7.
Cant. 1. 9.
Cant. 6. 7.

Secus tamē ex Haeret.

At ab eis valdè dissentiunt Catholici scriptores, qui deinde hanc sententiam de nuptijs Salamonis cum filia Pharaonis amplexati sunt. Itā .n. voluerunt has nuptias decantari, vt non in eis intentio S. Scriptoris sisteret, sed sub earum velamine Christi, & Ecclesiæ castissimas nuptias, & amoris diuini refertissimas, describeret, sicuti, & Adam de semetipso, & Eua dixit, *hoc nunc os ex ossibus meis &c.* & de suis posteris, *Relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ*, præfigurās tamen teste D. Paulo, quod *in Christo, & in Ecclesia* adimplendum erat. Cúmque certum sit, & ab omnibus patribus admissum, Salomonem figuram gessisse nostri Saluatoris, qui ex gentibus

Gen. 2. 23. & 24.
Ad Eph. 5. 31.

Eccle-

Ecclesiam sibi copulauit, quid mirum & eius sponsam ex gentibus Ecclesiæ typum fuisse? quo dato quodnam inconueniẽs erit primum quidem Salomonis scopum fuisse Christi, & Ecclesię nuptias canere, & tanquam medium adhoc commodius præstandum, nuptias suas cũ filia Pharaonis vsurpasse ita vt in historico, siue grãmaticali sensu de suis nuptijs loqueretur, in spirituali verò, & allegorico de Christi nuptijs caneret, & hoc pacto intelligendos esse hos auctores piè admonet. Io: Pineda lib. 5. de reb. Salom. cap. 2. dicens. *Cum Honorius literalem Canticorum sensum esse asserat de filia Pharaonis, literalem profectò sensum non credo intellexit primo ab Spiritu Sancto intentum, sed illum, quem Grammatica ipsa oratio supponit, & ad quem primus ipse ab Spiritu S. sensus intentus, tanquam ad rem quandam siue notiorem, siue vulgatiorem cum arguta allusione respicit.* Vapulat tamen hæc sententia à nonnullis seueris censoribus, ita vt etiam temeraria, & errònea appelletur. Sed prò eadem scutum, & arma arripuit diligentissimus scriptor, & huius libri commentator egregius Paulus Sherlogus anteloq. 1. per plures sectiones, non quod ipsam amplexetur, sed vel veritatis amore ductus, vel quod eadem tela contra ipsius sententiam, de qua infra loquemur vibrari poterant. Multis igitur ostendit nil pietati, nil patribus, nil fidei continere eam repugnans, *cumque*, inquit, *patronos numeret ferè sexdecim luculentos, si quos habuerunt posteriora tempora, quibus tamen affatim abundarunt, Christiani erit pudoris, & modestiæ non temere censuram ferre in sententiam, quæ ijs est munita præsidijs, quibus optimæ quæque opiniones fartatecta esse solent.*

Paulus Sherlog.

Pugnat pro ea Sherlog.

8 Quinta sententia parum à præcedenti distat; cum ea n. conuenit in sponso, quem Salomonem ipsum existimat; differt verò in Sponsa, quam Abisag Sunamitidem, vel aliam quandam amasiam fingit.

Quinta sententia de Sunamitide.

Sexta Leonis Hebręi fuit dialogo 3. de amore, suum hic tantum Salomonem designare colloquium, quod tanquam sapientiæ amantissimus cum sapientia habuit, de qua alio loco ait. *Hanc amaui, & exquisiui eam à iuuentute mea, & quæsiui*

6. De sapientia.

Sap. 8. 2.

sui sponsā mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius Sap. 8. 2. quæ si propheticam significationem de Christo, & Ecclesia excludere contendat, ipsa quoque inter errores computanda erit.

7. historiā esse. Septima sententia Pauli Sherlogi ex Societate Iesu nouissimi, ac eruditissimi, & diligentissimi scriptoris in Canticum Canticorum est, non fictarum rerum, aut colloquiorum à Salomonis ingenio compositorum, hic narrationē exarari, sed historiarum gestarum rerum, colloquiaque inter veros sponsos transacta concelebrari. Sponsum autē non regem quidem Salomonem, sed adolescentem eiusdē Patriæ, & nominis, nobilitate, forma, opibus in paucis clarum. Sponsam verò puellam quandam montis libani, humili genere natam, sed valdè formosam, quam Salomon adolescens adamauit, & suis nuptijs est dignatus, à qua sententia abhorrere non videtur Gaspar Sanctius prolog. 2. ait. *Fortasse hoc loco non inducitur persona Salomonis: Nam quod postea sponsa Salomonem nominet, videtur sponsum cum Salomone conferre, vel certè Salomon significat adolescentem Hierosolimitanum, vt docuit Hieronymus supr. cap. 3. Ioel.* & in pręf. ad lectorem. *Primum mihi* inquit *illud persuasi in his canticis aliquod esse Salomoni propositum, quod aut contigisset aliquando, aut solitum esset fieri in Hebræorum republica.*

Gaspar Sanctius.

Hierony.

Sed mixtā ex parabola. 9. Addit tamen Sherlogus Antel. p. 5. 7. n. 55. non omnino, neque simplicem historiam hoc continere canticum, sed mixtum quoddam esse ex historia, & parabolā ex vere .s. gestis, & fictis constans, quemadmodum de narratione, quæ habetur de diuite Luc. 16. & mendico Lazaro Iansenius, & Maldonatus senserunt, quæ in hac vita .s. contigisse narrantur de diuitijs epulis, & crudelitate Epulonis deque mendicitate Lazari, necnon quæ de ipsorum morte vniusque cōdemnatione, & alterius fœlicitate ad historiā spectare colloquia vero inter Abrahamum, & diuitem ad parabolam pertinere. *Hunc igitur in modum* inquit Sherlogus, *cum in Cantico Canticorum pleraque sint; talia, quæ re ipsa euenerint, alia tamen sint per somnium, & imaginationem perpetrata*

Sherlog.

Sherlog.

strata sint, neque aliud fuerint, quam nocturni dormientium lusus, vt quæ cap. 3. & 5. referunt de sponsi aut amissione, aut absentia de sponsæ erroribus per vicos, & plateas, & forsan simile aliud nonnihil ob hanc euentuum diuersitatem, neque omnino veram historiam, nec ex toto parabolam, sed semihistoriam, semiparabolam nuncupandam.

Improbatur. Mihi tamen quidquid de historia, qua de re modo non disputo, quo ad partem attinet, quam hic auctor parabolicam appellat, non consequenter loquutus videtur. Nam si narratio somniorum ad parabolam spectaret, non esset liber Genesis, in quo plura somnia referuntur, historicus totus, sed etiam parabolicus, idemque dicendum esset de libro Iudicũ, de libro Esther, & de prophetia Danielis, in quibus somnia narrantur. Non est igitur contra leges historiæ somnia narrare. Nam vt acutè dicebat Seneca. *Somnia narrare vigilantis est.* (Seneca.) Esset quidem historiæ macula somnia pro rebus verè gestis narrare, at ipsa tanquam somnia memorari historici munus non labefactat. Somnia verò Sponsæ tamquam somnia narrari colligitur ex illius verbis. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* (Cant. 5. 2.) & ex eo quod pro somnijs habentur à Sherlogo, alioqui. n. si tamquam res verè gestas ea sponsa enarrasset, nequaquam somnia appellare idem auctor ausus esset.

Historiam narrari suadetur. 10 Porrò veram rerum gestarum historiam, & non parabolam esse, quam in hoc cantico Salomon texit, probat Sherlogus ex illo Patrum, & Interpretum satis frequenti documento, eam historicam, & non confictam narrationẽ esse existimandam, cum personarum, de quibus agitur, nomina proferuntur. Quid si patria, si conditio, si locus, si occasio, atque tempus? Tum quidem ne leuis dubitãdi ansa relinqueretur. Atqui cuncta hæc in canticorũ volumine elucent. Nam sponsa Solomonia, seu quod idem est Sunamitis nominata. Porrò sponsi nomen Salomonem esse, docẽt multi. Iam natales spõsæ fuisse admodum obscuros, vt potè quam mater præ rerum angustia coacta sit in syluis sub pomifera arbore edere, docent ad illud Cant. 8.

Sub

Sub arbore malo suscitaui te interpretes educationem quoq; in sordibus, & egestate insinuant satis Theodoreti verba ad illud Cant. 1. *Nigra sum &c.* Patriā autē̄ sponsæ libanū fuisse ex verbis illis cap. 4. *Veni de libano sponsa mea* colligitur. Tempus autem nuptiarum non aliud quam iucundissimos veris menses fuisse, docent illa verba cap. 2. Iam hyems transijt &c. Tanta igitur tā varia notitia de sponsa canticorum, de tota nuptiarum materia, patris, patriæ, nominis, fortunæ, religionis, loci, temporis cognitio, cur nō sufficeret, vt hæc scriptura legitimè historia dici queat?

Altera regula pro comprobanda historia.

Ad Heb. 15.

11 Præterea alter Canon ad historicum in scripturis sensum indagandum cū primis accōmodatus, & vtilis est, quem tradunt Ribera ad illa verba cap. 1. ad Hebr: *Ego ero illi in patrem &c.* *CONSIDERANDVM attentè, an ea, quæ secundum literam de Salomone, Dauide, alijsque pronunciantur, eius generis sint, quæ in tales personas propter magnitudinem, & rerū sublimitatem cadere non possint:* tunc .n. indicio esse nomina talium personarum translatè solum accipi: contrà verò si cadere possent, nequaquam ad tropicas locutiones deflectendum, sed scripturarū voces, prout sonant, intelligēdas esse. At quæ canticorum volumine, quo ad literam describuntur, eiusmodi sunt, quæ Salomonis alteriusue de optimatibus vires, potestatemque non excedant nihilque indecorum, & contrahonestum sit, nihilque quod non ad fidei veritatem referri valeat, igitur nullum restat impedimentum, cuius gratia canticum Salomonis historiam minimè, aut dicendam, aut habendam arbitremur. Hæc rationum Sherlogi est summa &c.

Nullius

Nullius sponsi, aut sponsæ voces esse, quæ in hoc cantico audiuntur argumento non leui suadetur.

EXCVRSIO III.

PAradoxum ingens tibi videor erudite lector proposuisse, ni fallor, Cum enim in hoc carmine colloquentes, se mutuo sponsos, aut æquipollentibus nominibus compellent, quis ipsorum has voces nõ esse dicere audeat? Sed noli, amabo, tã cito sententiam ferrè, aurem prius argumẽtationibus, ac responsionibus meis patienter adhibeto, deindè quid tibi, tunc omnibus ritè perpensis, verius, iustiusque videbitur, amplectitor.

Quid ergo me impulit ab omnium aliorum interpretum pertrita semita discedere? In primis verba ipsa in principio cantici posita, videlicet *Osculetur me osculo oris sui*, quæ ab ore pudicę Virginis, etsi despõsatæ sine magna dedecoris nota prodire nõ potuisse mihi videtur: quod vt clariùs illucescat. Aduertendum est nihil æquè nõ solum oratori, sed etiam Poetæ cordi esse debere, quam personarum, loci, & temporis debitum seruare decorum, vt meritò dixerit. Quintilianus lib. 11. cap. 1. etiam vtilitati esse preferendum. *Nam quod decet, inquit, ferè prodest, aliquando tamẽ, & hac dissentiunt Quoties autem pugnabunt, ipsam VTILITATEM VINCET ID, QVOD DECET. Sed missis oratoribus*, audiamus Poetas. Habemus nedum remisisse, sed etiam frænos abstulisse Poetis visus est Horatius in arte sua Poetica, dum cecinit:

> *Pictoribus, atq; Poetis.*
>
> *Quidlibet audiendi semper fuit aqua potestas.*

Attamen statim intra decorum contraxit habenas, dicens: *sed non vt placidis coeant immitia, non vt serpentes auibus geminentur, tigribus agni; & infra.*

Cant. 1.

Decorum quanti faciendum.

Quintilianus.

Aetatis cuiusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor naturis dandus, & annis.

Denique omnes rectè scribendi regulas in obseruando decore ferè constituit inquiens.

QVID DECEAT, quid non, quo virtus, quo ferat error,
Scribendi rectè, sapere est PRINCIPIVM, ET FONS.

2 Poetarum Magistro latino Principem Ethruscorum Poetarum adiungamus, non poeticè tamen, sed oratoriè, & de arte poetica loquentem. Est is Franciscus Petrarca lauro poetica decoratus, qui lib. 2. ep. Sen. ep. 1. *Nihil*, inquit, *quamuis grauiter dictum, diserteque reprahensione legitima cariturum scimus, quod dicentis statui, moribusque non conuenit, hoc est namque decorum illud poeticum ex persona, de quo Cicero agit in officijs, & flaccus in arte poetica, QVO NEGLECTO NIHIL PVRVM NIHIL DIVINVM SPERES*; & meritò hoc Petrarca asseruit, quoniam cum nil aliud sit poesis, quam imitatio quædam, nisi referat, quem imitari intendit, hoc nomine digna non erit, non referet autem, nisi mores eius, affectus, & actiones induat, quod ad decorum, de quo loquimur, pertinet. Adijce quod quamuis Poetæ munus sit fingere, & qui fingit, veritatem non colat, à verisimilitudine tamen non eum decet oculos flectere, non poterit autem non seruato decoro, verisimilia dicere; sed in hoc probando non opus est immorari, cum nemo sanæ mentis contra hiscere nedum dicere ausurus sit. Hoc igitur posito.

Francíscus Petrarca.

Ratione probatur.

4 Quis non videat, quàm indecens sit, contraque morẽ fœminarum omnium præcipuè puellarum, & virginum, tam apertis, & claris verbis osculum ab amasio petere? absque vlla præsertim insinuatione, aut verborum præfatione, idque alijs puellis sodalibus præsentibus, vt communiter ab interpretibus præsupponi solet? Non minus fortasse, quàm viri amore calent, & alterius sexus coniunctionem appetunt mulieres. Nam Arist. à materia appeti formam asserebat, vt à fœmina virum, fræno tamen pudoris coercentur, ne se amantes, & virorum appetentes pro-

Mulierem postulare osculũ indecens.

Arist. p. Phys.

dant,

dant, idque quod summè expetunt, se auersari simulant, amantque rogari, & ferè cogi. Vtque Satyricus testatur. *Ardeat illa licet, tormentis gaudet amici.* Itaque scitè admodum dixit Ioannes Climacus gradu 79. *Bonus deus noster, pro sua prouidentia, & sollicita cura, quam habet de nostra salute, reclusit, & ligauit concupiscentiam mulieris CVM FRAENO VERECVNDIAE, quia si ipsa habuisset à natura audaciam inuitandi masculum, non saluaretur omnis caro.* S. quoque Thomas lib. de regim. Principum 4. cap. 6. asserit Naturam fœminis multa frœna imposuisse, & inter hæc Verecundiam recenset, cui subscribit Aegid. Romanus in libro eiusdem tituli tit. 2. p. 1., quibus iurisperitorum, & legum authoritates annectit doctiss. Andreas Tiraquellus in legem 9. connubialem n. 15 inter quos, ne omnes prætercam, est Baldi cap. de nuptijs, l. in coniunctione annotantis, quod naturale est mulierem propter verecundiam tacere, loquebatur .n. illa lex de puella, quæ præ verecundia de nuptijs suis interrogata subticet. Quam puellarum conditionem notauit quoque Euripides in Iphigenia in Aulide, de illis enim loquens.

Omnibus hoc insitum est, vt pudore capiantur amicos
Nouos videntes, & Nuptiarum recordantes.

In quam etiam sententiam est textus *in cap. honorantur*, ibi, *Non est Virginalis pudoris quærere maritum.* Cui concinit Euripides in Andromache, Hermionem, quæ ab oreste ad nuptias petebatur, inducens dicentem.

Sponsalium quidem meorum pater meus
Curam subibit; meum non est hæc disquirere.

Quare fœminam prouocare virum ad oscula, & amplexus prodigij loco merito habetur, iuxtà quæ doctissimus Gaspar Sanctius adnotauit prolog. 7. in cantic. dicens: *Ambiri à viris fœminarum nuptias, potius quam à fœminis virorum, omnium pæne gentium consuetudo docet, & inter Hebræos exempla occurrunt in scriptura non pauca. Apud quos ita aut lege, aut consuetudine receptum est, vt PRODIGII INSTAR SIT, si fœmina vnquam viri coniugium ambiat. In hunc sensum explicant aliqui,*

Iuu. Sat.

Io. Clim.

S. Thom.

And. Tir.

Baldus.

Euripides.

Gaspar. Sanct.

Mulieres verecundæ.

Ob verecundiam tacita.

Fœminam prouocare virum ad oscula prodigium.

qui neque meo iudicio malè illud Hier. 31. Quia creauit dominus nouum super terram, fœmina circumdabit virum, Concinit diligentissimus Sacræ Scripturæ interpres Ludouicus Alcazar in præludijs expositionum in hoc canticum. *Cum nulla sit,* inquiens, *pudica fœmina, quæ coram alijs, aut petat à marito oscula, & amplexus, aut prædicet horum suauitatem;* & in expositioni primi versus, *& sanè neget nemo eam loqui liberius multò, quam pudentem vllam sponsam addeceat. Nam quæ eius modestia fœmina auderet scriptioni suæ simile apponere initium* osculetur &c. Neque stuporem tantùm apud viros huiusmodi mulier excitaret, sed sibi etiam summam ignominiam pareret; Saul enim vt magno conuitio Ionatham filium afficeret, eum *filium mulieris vltro virũ rapientis* appellauit. Maius autem hoc conuitium meo iudicio fuit, quam si meretricis filium nuncupasset. Nam hæ quoque facilius corpus, quam pudorem prostituunt, rogarique potius appetunt, quam rogare, coramque viris se contegunt, & quales sint, videri verecundantur *gaudentque,* vt de Sabina Poppea testatur Tacitus lib. 13. hist. *modestiam præferre, & lascinia vti,* & quamuis de eadem Poppea idem autor dicat, *fama nunquam pepercit, maritos, & adulteros non distinguẽs,* fatetur tamen *Rarum eius fuisse in publicum egressum, idque velata parte oris, ne satiaret aspectum, vel quia sic decebat.* Nec dissimiliter, & quæ corpore quæstum faciunt, modestiam foris, & verecundiam simulare Poeta Comicus testatur, dicens.

Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compositum, quicquam, nec magis elegans.
Quæ cum amatore suo cum cœnant, liguriunt &c.

6 Fuitque meretricibus antiquitus tam solemne nõ nisi coopertas prodire, vt hoc pro signo pudicitiæ prostitutæ haberetur, hinc n. Thamar, vt socerũ suum falleret, & tamquam cum meretrice secum concumbere faceret, cooperta sedit in biuio. *Quam cũ vidisset Iudas,* ait sacer textus, *suspicatus est esse meretricem; OPERVERAT n. vultum suum, ne agnosceretur* Gen. 38. n. 15. & in hoc ipso libro vbi nos legimus,

Ier. 31. 22.

Ludou. Alcasar.

1. Reg. 20. 30.

Etsi prostitutæ verecundæ.

Tacit.

Sabina Poppea qualis.

Meretricũ habitus antiquitus.

Gen. 38. 15.

Cant. 1. 7. gimus, *ne vagari incipiam* cap. 1. 7. Alij ex Hebræo vertunt *Ne videar palliolata Meretrix.* Complutēſes legunt, *Ne ſim ſicut inuoluta vel, & cooperta.* Quam lectiorem 70. habent, & per coopertam intelligūt communiter Meretricem. Quāque etiam meretrices ipſas impudentia dedeceat, virifque aduerſus eas faſtidium pariat, documēto ſit, quod de Cyro iuuene, & quibuſdā fœminis ad eum adductis narrat Aelianus lib. 12. de var. hiſt. cap. 1. *Ducta eſt*, inquit, *Phocenſis Aſpaſia ad Cyrum vna cum tribus Græcis virginibus* (innuptas, & adoleſcentulas intellige) *quo tempore poſt cænam iam in medio potus certamine tumultuabant*, Cum *igitur aliæ Cyrum intuerentur, ſubriderent, & lætitiā præſeferrent. Aſpaſia oculos humi fixos continebat, facies rubore quodam flammeo ſuffundebatur, lacrymæ ab oculis manabant, omnibuſque modis verecundiæ ſigna videbantur. Poſteaquam verò iuſsit Cyrus mulieres proprius ſedere, cæteræ quidem alacriter paruere Phocenſis verò ne viſa eſt quidem mandatum audire, quo ad per vim abreptam Satrapa coegit ſedere. Cum autem Cyrus attrectaret eas earumque oculos genas, & digitos ardentius perſpiceret, reliquæ facile patiebantur: Aſpaſia verò cum Cyrus extrema tantum manu illā attigiſſet, clamauit, dixitque eum pœnas daturum, ſi talia feciſſet.* Quid inde conſecutum eſt? audi, conuerſus Cyrus ad emptorem, *Hanc vnam*, inquit, *liberam, & incorruptam duxiſti, reliquæ & facie, & moribus dolos præſeferunt. His motus Cyrus hanc vnicè poſtea dilexit.* En repudiatas tanquam corruptas, & impudentes fœminas, quæ ſe tangi facilè patiebantur, Quale indicium exiſtimas de eis Cyrum facturum, ſi in ſe irruentes, & oſcula poſtulantes cōſpexiſſet? Sicuti.n. pudor mulieris gratiam conduplicat iuxta illud. *Gratia ſuper gratiā mulier Sancta (caſta) & pudorata.* Eccl. 26. 19. ità impudentia, & procacitas gratiam perdit: & pulchritudinē labefactat.

Ælianus. *Aſpaſia pudibunda cæteris prælata.*

Eccl. 26. 19. *Pudor pulchritudinē auget.*

Catullus. 7 Non latuit hoc Catullum, qui in Epithalamio Iuliæ, & malij ſponſum laudans, quod ſe amantem palam profiteretur, ſponſam hortatur, vt amorem ſuum celet.

Sponſa pudibunda.

Non diu (inquit ille ad ſponſum) *remoratus es,*
Iam venis, bona te Venus

Iune-

Iuuerit, quoniam, palam
Quod cupis, capis & bonum
Non abscondis amorem.

Ad sponsam verò: *At MARITA tuum tamen*
CELITES nihilominus
Pulcra es.

Quem locum explanans Franciscus Robertellus, *Ego puto,* inquit, *legendum Pulchra eris, vt sit sensus coniunctus cum superioribus. DECET MVLIEREM OCCVLTARE amorem, & nihilominus erit pulchra*, immò in quā ego pulchra magis, pulchritudinem eius augente pudore. Cū.n. duplex sit pulchritudo, altera quæ in concinna membrorum proportione, colorisque suauitate sita est, & pulchritudo propriè appellatur, altera quę in quadam gestuum, motuum, & actionum, venustate spectatur, & gratiæ nomine decoratur; ad vtramque mirificè verecundia confert; ad illam, quoniam robore, qui pulcherrimus est color, perfundit genas, ad hanc, quoniam motus componit, modestiam docet, & iactantiam, quę maximè odibilis est, cōprimit: quare merito S. Ambr. lib. 1. de off. c. 8. non contentus eam vocasse virtutem, addit *pulchram*. *Nam PVLCHRA, inquit, VIRTVS verecundia*, cui concinit S. Bern. ser. 86. in Cant. cuius mellita verba sunt. *Quid amabilius verecundo adolescente? Quam PVLCHRA hæc, & quam splendida gemma morum in vita, & vultu adolescentis: quam vera, & minimè dubia bona nuncia spei, bonæ indolis index*, & paulo post, *rubor ipse genarum quæ fortè inuexerit pudor, quantum gratiæ, & decoris suffuso afferre vultui solet?* & ser. 4. verba illa huius cantici explicans: *Pulchra sūt genæ tuæ sicut Turturis. Porro,* inquit, *verecundiam intellige tamquam colorē in facie quod HAEC POTISSIMVM VIRTVS, & VENVSTATEM ingerat, & augeat GRATIAM.*

8 Quare summus Poeta Virgilius Aeneid. 2. Tunc Lauiniæ Virginis oculos laudat, cum deiectos affirmat;

Atque OCVLOS deiecta DECOROS

Vbi oculatissimus eius interpres Ludouicus Cerda. *Hoc est,* inquit, *VNICVM ORNAMENTVM omnium fæminarum etiam*

Pudor pulchritudinis orifex.

Pulchritudinis duplex genus.

Oculi deiecti laudantur.

Francisc. Robertel.

S. Ambr.

S. Bernar.

Cant. 1. 10.

Virgil.

Ludou. Cerda.

etiam nō Virginum, & post pauca, ait *DECOROS, quia verè oculigratiores sunt si sint, deiecti Idque videtur esse in Poeta causa pulchritudinis; vt dicat ideò decori, quia deiecti, ad quem modū Ouidius.*

Ouidius.

Spectabat terram, terram spectare decebat.

Est.n.in oculis vt sedes pudoris, ita decoris. Ita hoc verum, vt Ouid. 1. Amor eleg.4. hanc modestiam vocet veras insidias.

Siue aliqua est oculos in me deiecta modestos

Vror, & INSIDIAE sunt PVDOR ille meae.

Amoris illices.

Ergo cum idem in Epist. Sapphus scripsit,

O facies oculis insidiosa meis.

Cur non accipi queat de hac oculorum deiectione? Aperio rationē, sunt oculi deiecti verè insidiosi. Nā verissimè hic est habitus insidiātis; sicut ille in insidijs est, qui occultus est, nec se dat cōspicuū.

9 Sapiens quoque mulier, & Patre Arist. digna, Pythia vocata, hunc verecundiæ colorem omnibus alijs anteferebat, vt referunt Stobæus in Apophegm: Niphus de pulchro cap.63. & Octauianus de Tufo in Eccl.c.7.n.20. interrogata, quo maximè colore pingi ad pulchritudinē genę possent, respondit, *COLORE VERECVNDIAE*. Nazianzenus autem orat. adu. mulieres non solum prætulit, sed etiam pręter hunc alios omnes nihili duxit dum dixit *Vnus color in mulieribus amabilis est, nimirum RVBOR ILLE, QVEM PVDOR GENVIT*. At sapiens non coloribus tātum, sed etiam metallis, & auro ipsi verecūdiam prętulit. *Gratia enim verecundiæ illius*, inquit Eccl.7.21. *super aurum.* Nec pudicas tantùm, verum etiam prostitutas ipsas decet pudor, vt non inuenustè, nec insipientèr dixerit Plautus in poen. *Meretricem PVDOREM gerere magis DECET, quam PVRPVRAM*. At, qui nam pudor in palam osculum expetente fingi poterit? De Messalinę impudicitia incredibilia ferè narrantur, sicuti & de quibusdam alijs, de nulla tamen me legisse recolo, quod oscula alicuius viri, alijs pręsentibus, expetierit, immò Messalina, prodigium in quā illud impudicitiæ, noctu egrediebatur, & in publicis lupanaribus se prostituebat, pudorem tamen non omninò

Stobæus. Niphus. Octau. de Tufo.

Verecūdia color cæteris prælat.

Eccl.7.21.

Plaut.

Messalina impudicitia prodigium.

exue-

exuebat, nolens quænam esset agnosci, arte multa se contegens, & pro alia venditans, quod non tacuit Satyrographus scribens.

Dormire virum (Claudium) *cum senserat uxor,* Iuuen.
Ausa palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos
Linquebat comite ancilla non amplius vna;
Et nigrum flauo crinem ABSCONDENTE GALERO
Intrauit calidum veteri centone lupanar;
Et cellam vacuam, atque suam, tunc nuda papillis
Constitit auratis, titulum MENTITA Licescæ.

Adeò connaturalis est mulieribus verecundia, vt vel nunquam, vel vltima omnium, vel virtutum, vel affectionum ablegetur.

10 Persæpè etiam vitæ ipsi, qua nihil carius æstimari solet, à mulieribus pręferatur, vt .n. Virgines Milesias, quę verecundia, ne earum corpora post mortem nudarentur ab inferenda sibi nece prohibitæ sunt, omittam, quid de Susanna S. Ambr. lib. *1*. de officijs cap. 20. scribat, audiamus. *Tacebat* (eius sunt verba) *in periculis Susanna, & grauius VERECVNDIAE, quam VITAE damnum putabat, nec arbitrabatur PERICVLO PVDORIS TVENDAM SALVTEM;* Quinimò à viris quoque, à quibus non tam religiosè colitur pudor, saluti, & vitæ nonnunquam anteferturt, vt de Curione asserit L. Florus lib. 4. c. 2. *Nam patebat,* inquit, *victo fuga, SED PVDOR SVASIT, vt amissum sua temeritate exercitum sequeretur.*

S. Ambr. — *Pudor vitæ Prælatus.* — L. Florus.

Confirmatur ex B. Hieronymo, qui ad Pammachium scribens, *Ingenia,* inquit, *liberaliter educata facilius verecundia, quam metus superat, & quos tormenta non vincunt, interdũ VINCIT PVDOR.* Immò non vincit tantum, sed aliquando etiam necat. Nam Plinius lib. 7. c. 53. testatur tanto diodorum dialecticæ professorem pudore, subito obijsse, eo quod ludicram quæstionem non protinus dissoluisset. Quendam etiam alium prę pudore periclitatũ refert Suet. in Claud. c. 32. Orig. quoque in tract. 8. in Matt. censet

Vitã interdũ aufert. — S. Hieron. — Plinius. — Suet.

Ananiam

Ananiam graui,& inopinata Petri increpatione perculsũ ingenti pudore,& mœrore animam exhalasse, & id ipsum ferè de vxore Leuitæ, de qua Iud. 19. n. 26. dicitur, quod à viris Gabea turpiter habita, recedẽtibus tenebris venit ad ostiũ domus, vbi manebat dominus suus, & ibi corruit, arbitratur Lyranus, illius .n. obitus causam enarrans ait, *tum quia erat nimis afflicta, TVM ETIAM EX VERECVNDIA.* Et clarius Iosephus lib. 5. antiquit. cap. 5. *quæ,* inquit, *ità miserè affecta ad hospitium reuertitur, & præ nimio dolore, AC VERECVNDIA, non audens in mariti conspectum venire, humi collapsa expirauit.* Alij quoq; ob nimium pudorem mortem, quam præuidebant, non euitauerunt teste Plut. lib. de vitiosa verecundia, cuius verba accipe. *Nonnulli verò etiam, cum cædes, & venena suspicarentur parari, tamen OB PVDOREM vitiosum subuersi sunt. Hunc in modum perijt Dion, non quod ignoraret sibi à Calippo strui insidias, sed quia PVDVIT obseruare amicum, & hospitem. Sic Antipater Cassandri filius vocato ad cœnam Demetrio: deinde postero die, cum vicissim esset vocatus ab illo, PVDVIT recusare, ne videretur ei diffidere, qui ipsi fisus fuisset.*

An à pudore necatus.

Iudic. 19. 26.

Lyran.

Plut.

21 Et ne insipientiæ damnes omnino huiusmodi viros, occurrit S. Zeno Veron. Episcopus, qui lib. 3. ser. 35. illa verba Isaiæ *Audite Cæli &c.* expendẽs ait. *Quia apud sapientes, & honestos GRAVIVS est aliqua nota CONFVNDI, QVAM MORI, Deus Iudaicum populum luxuriæ æstu exuberante corruptum publica increpatione confutat, cælum terramque testes citat:* Cui pulchrè concinit Sidonius Apollinaris lib. 4. ep. 23. quẽdam patrem admonens, vt filio rubore suffuso parceret, *& ille* inquit *confusus erubuit &c. Rogo ergo sis clemens in se senero quem si inaudita genera pœnarum, iubeas inexoratus excipere, non potest amplius per te dolere, quam per se PVDORE TORQVERI.* Nullus igitur est ingenuis viris immanior carnifex, quam pudor, nullum tormenti genus crudelius, quam confusio. Suffragatur S. Paulus, qui de Christi passione loquens ad Hebræos 12. v. 2. ait, *qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem CONFVSIONE CONTEMPTA* quẽ locum

Confusio morte amarior.

Is. 1.

Sidon. Apoll.

Vel inter ea quæ passus est Christus.

Ad Hebræ. 12. 2.

G

eum luculentissimè expendit, & exornat more suo P. Didacus de Celada in c. 9. Iudith. §. 14. n. 78. Coronidem tantum eius hic ponam, *Sustinuit*, inquit *crucem confusione contempta, quasi tota acerbitas passionis confusione, & humana verecundia quodammodo censeatur, catera acerbissima cruciata omittit Paulus? Et ac si parum fores effundere sanguinem elegit à pudore suffundi. Quid exaggeratius ad hanc rem? &c.*

Osculi postulatio an historica.

12. Quid ergo interpretes comminiscuntur? Historicã, & rerum gestarum narrationem hoc cantico contineri? At quis credat apud Hebræos, aut finitimas gentes puellam Virginem reportam, quæ tam impudenter osculũ ab Amasio petierit? (Nec mihi succenses lector quod, impudentiam huic virgini impingam, ante me enim S. Greg. Nissenus à Sherlogo quoque citatus eandem illi notam inussit, dicens hom. 1. in Cant. *Non humano more sponsò incipiente, teneri desiderio, sed sponsum Virgo prauenit IMPVDENTER suum in publicum proferens desiderium*) credidisse profectò, non videtur Hieremias alioqui non dixisset. *Nouum faciet dominus super terrã mulier circundabit virum* iuxta expositionem superius allatam, Iam n. exemplum huius rei celebre præcessisset, quod cum à Salomone scriptis mandatum esset, non potuisset prophetam latere. Sed demus ità vere. Num dignum erat sapientissimum regem hoc posteris ad eius memoriæ consignare, & non potius perpetuæ obliuioni tradere? Deerant fortè Hierosolymis, quæ ciuitas regia erat, amores pudici, nuptiæ castæ, Virgines pudoratæ sponsi ingenui, quos, describeret Salomon, vt necesse fuerit exemplum tàm impudens concelebrare? Mitto quod iidem interpretes laudibus in Cælum hãc virginem extollunt, tamquam honestissimis moribus præditã, prudentem, pudicam, fortem, humilem, & ipsa quoque *VERECVNDIA DECORATAM*. Nam Sherlogus ea verba expõdens *pulchre sunt genæ tuæ sicut Turturis* laudatam asserit his verbis sponsæ verecundiam. *Ità nunc*, ait, *ad sponsi congressum PVDICITIAE CERTVS PRAECO RVBOR sponsæ genas perfudit*, quod etiam S. Bern. notauerat ser. 40. dicens *Te-*

Sponsa huius Cantici optimis morib. prædita.

S. Gregor. Niss.

Ierem. 31. 22.

Paul. Sherlogus Cat. 1. 10.

S. Bern.

neræ

nera est sponsæ verecundia, & ad increpationem sponsi puto facies eius robore suffusa est PULCHRIORQUE ex eo apparēs illico audit Pulchræ sunt genæ tuæ sicut Turt. & Eodē modo explicuerat hunc locum Orig. hom. 2. ex 4. Sed luculentius tres Patres apud Theodoretum, quos referens P. Didacus de Baeza tomo 2. de Christo figurato cap. 17. §. 12. *Meritò* inquit *vbi similem equæ sponsam meminit* (illis scilicet verbis *Equitatui* meo &c. siue ex Græco Equę meę &c.) *ad verecundiæ confugit sedes, nempè ad genas, quasi ad validissimum frenū nullis enim ferreis lupatis adeo comprimitur ferocitas equi, vt comprimitur mēs humana verecundiæ confusionis metu.* Sic ergo tres Patres apud Theodoretum *Cum ego te similem dixerim velocissimo, in maxilla tua non indiges fræno genæ .n. tuæ sunt ornatissimæ & fræni loco naturali pudore sunt prædita.* Eādem spōsæ verecundiam in illis Cant. 4. verbis *sicut fragmen mali punici ita genæ tuæ*, asserit inter alios Gilib. Abbas ser. 21. in Cant. laudari, verbis laude dignissimis etiam ipse hunc locum inculcans ait .n. *Ipsa mala punica gratiam modesti vultus verecundiam corticis rubei colore designāt: O PRIMUM planè in Christi sponsa decoramentum Verecundia: Verecundia quasi Aurora quadam omnium actorum colorat principia, & virgineo virtutes reliquas VENUSTAT pudore.*

Orig. | P. Didacus de Baeza. | Cant. 1.8. | Theodor. | Cant. 4.3. | Gilib. Abbas.

13 Denique omnes ferè interpretes sponsæ pudorem, & verecūdiam in supradictis locis cōmendari asserunt sicuti etiam v. 1. cap. 8. ipsammet sponsam verecundia se cohiberi ne sponsum publicè osculetur, confitentem inducunt, in hunc .n. sensum illa verba ipsius trahunt *Quis mihi det te fratrē meum sugentem vbera matris meæ vt inueniam te foris, & deosculer te, et iam me nemo despiciat?* quasi diceret, Quoniam neque pudor patitur, neque mos permittit, me te in vrbe, & coram hominibus, in tuos amplexus, atque oscula ruere, vellem eā te libertate deosculari posse, quā soror fraterculum infantem adhuc vbera matris sugentem, & foris inuentū amplectitur, & suauiatur. Quis ergò sibi persuadeat Virginem tot virtutum monilibus ornatam, atque in primis verecundiæ laude

Cant. 8. 1. | *Eiusdem verecūdia extollitur.*

G 2 excel-

excellentem, in osculi expetitionem coram sodalibus ex improuiso prorupisse? Si rem quālibet aliam nedum osculum absque vlla præcedentiū verborum insinuatione, aut opportuna occasione oblata postulasset, impudentiæ crimen non effugisset. Nam & Axa Calebi filia irriguam, terram cum expetere vellet à patre, non antea idausa fuit quam suspirijs ipsūallexit, vt eā quid vellet, aut quid haberet, interrogaret, itā n. de ea Iosue 15.18. & Iud. p. 14. dicitur: *qua cū suspirasset sedens in Asino dixit ei Caleb. Quid habes? at illa respondit, da mihi benedictionem quia terram arētem dedisti mihi, da & irriguam aquis.* At cur suspiria ante petitionem præmisit? Tres afferunt rationes expositores. Primum vt eo artificio Patris attentum redderet animū; alteram, vt paterna viscera ad pietatem, & liberalitatem commoueret. Tertiam, vt virginali consuleret erubescentię, quam tueri non valeret, si prior eloqueretur. Bersabee quoque quamuis legitima iam vxor Dauidis, summèq; dilecta, & pro filio rogatura, non ausa est prior ad eum loqui, sed inclinans se, & regem adorans, eum permouit, vt ei diceret, *Quid tibi vis?* idemque ferè de Esther, & alijs multis mulieribus dici posset. Quis igitur credat puellam Virginem tam audacter, & de repente in osculi expetitionem prosilijsse?

Pudet colloqui mulieres.

Axe exemplum.

Iud. 1.4.

1. Reg. 1. 16.

14 Negabunt igitur alij rerum gestarum narrationem esse, sed fictas personas in scenam induci, fictaque colloquia, vt in parabolis, & fabulis assolet, conscribi, sed neque hi, ni fallor, probabiliter loquūntur. Nam, & in parabolis, & in poematibus decor seruari debet, vt diximus. Quare si verba illa *osculetur me &c.* indecenter à Virgine proferentur, non minus indecēter à Virgine proferri fingerentur. Immo indecentius. Nam non tam verum quam verisimile sectatur Poeta, nec tā qualis sit quispiā, quam qualis esse debeat, canit, pręsertim si eū celebrare, & tāquā exēplar ad imitādū eū nobis proponat, effingere satagit, ergò licet historicus si res prout gestæ fuerūt, quāuis prauas narret, excusatur, cū à veritate, ei nō liceat abire, excusatione

An parabolica.

In fabula Decorum max. obseruandū.

cusatione

cusatione tamen caret Poeta, qui non omnibus numeris absolutum exemplar proponit, cum arbitratu suo illud componere ei liceat. Cum igitur Virginem verecundam, taciturnam, modestam, absconditam potuerit depingere Sapientissimus Salomon, quo defensionis scuto, si impudentem, garrulam, petulantem, vagam nobis obtruserit, se tutabitur?

Virgilij exemplo probatur.

Quod si prophani Poetæ non antiqui tantum, sed etiã recentiores, qui liberius loquẽdi facultatem sibi sumpserunt, nunquam alicui mulieri tam perfricatam frontem, & os tam impudens, vt ab amasio coram alijs osculum peteret (vt ego quidem aduertere potui) affinxerũt. quis hoc de Salomone, seu vt verius dicam, de Spiritu Sancto cogitare audeat? Voluit Virgilius vt à Romanis gratiã iniret, Didoni Carthaginẽsi Reginę impudicitiæ notam inurere, nullum tamen procax, & impudens verbũ ab ea prolatum retulit, non quod eius honori, sed quod suo parceret, ignominiosum. n. ei fuisset, si indecentia, petuleaque verba tantæ reginæ ascripsisset.

Et Poeta recentiori.

Sed pastoris, qualis ista Cãticorum fingitur, afferamus exemplum Neotericus quidam Poeta celebris pastorales amores canens, puellam introducit, quæ adolescentem quemdam venatorem deperibat, à quo cum osculum mercedis loco, quod ei venaticum canẽ, quem amissum quærebat, indicatura esset, postulare vellet, quamuis sola cum solo esset, non tamen apertis verbis ausa est id petere, se verecundari fassa, & tandem per quandam periphrasim id expressit dicens (*Vno di quelli che ti dà tua madre*) nec defuerunt tamen, qui eum inuerecundiæ arguerunt, & indecẽtiæ. Cur ergo Salomonem à simili calumnia, vel saltem à calunniæ suspicione nõ vindicamus, cum facillimè id fieri possit, vt videbimus, alijs non autem ipsi sponsæ illam osculi prouocationem acceptam referentes?

15 Dices non ad amasium, siue sponsum, sed de sponso absente, licet statim occurrente, & coram alijs tantũmodo puellis hæc verba, *Osculetur me. &c.* à sponsa fuisse

prolata,

prolata idque, propterea pudori ipsius non repugnare. Estò sodalibus tantum puellis præsentibus; in hęc verba prorupisse sponsam. hoc tamen puellari pudori nõ repugnare, nullo pactò est admittendum; Nam amoris vulnus cuilibet patefacere mulieres summoperè erubescunt; nec minus alijs mulieribus, quam viris, quoniam quò sunt illæ pudentiores, magis etiam impudentiam auersantur; & coram illis pudet magis impudentem esse; quod si morbũ hunc suum, vt ei medicinam adinueniant, aperire alicui fœminæ sodali coguntur, non illis artificiosa verba, quibus, subobscurè, & tacitè quodammodo vulnus detegant, desunt neque rationes, atque insinuationes, quibus illud excusent: quem morem Poetarũ Principes latinus, & Gręcus mirificè, illę in Didone Aened. 3. hic in Nausieta Odiss. 6. expresserunt. A latino introducitur Carthaginis Regina dicens.

Fœmina nõ minus aliæ mulieres verecundãtur, quam viros.

Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent?
Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?

Vellent silentes intelligi. — Virgil.

Vbi P. Lud. à Cerda nobilis interpres. *Artificiosa*, inquit, *oratio, in qua priusquam de amore suo fateatur, rem gerit per ambages PVDIBVNDA AMANTIVM MORE*, cumque post multos verborum circuitus amorem suũ fateri decernit, sororis nomen denuò præmittit inquiens.

Cerda.

Anna (Fatebor enim) &c.

Didonis exemplum.

At quę necessitas iterùm eam nomine proprio compellandi? Respondit Nascinbenius. *Annam nominat, quasi hoc nemini esset, nisi sorori commissura*, neque tamen absque pudore committit. Nam vt Cerda quoque expendit, animũ quantum potest celat, consilium tegit, nuptias detestatur Sichæose denuo obstringit, ità tamen hæc omnia facit, vt facile soror amorem intelligat. In Homero quoque Nausicoa nõ solum apud patrem magnis tergiuersationibus, magnisque ambagibus nuptias expetens est visa, ità vt Vates dicat.

Nascim.

Verebatur enim floridas nuptias nominare
Patri caro, ille verò omnia intelligebat.

Nausicaa. — Homerus.

Sed

Sed etiam ancillis suis antequam Vlissis matrimonium optare se fateatur, multa præmittit dicens.

Audite me ancillæ pulhris lacertis, vt aliquid dicam
Non omnibus inuitis dijs, qui Cælum tenent,
Ad Phæacos hic vir peruenit diuinus.

16. Vellent igitur mulieres etiam cum amorem suũ fateri coguntur, absque verborum expressione intelligi, & alias etiam mulieres nẽdum viros, immò plusquam viros hac in re erubescunt, vt Tertull. de spectaculis cap. 10. innuit dicens. *Publicæ libidinis hostia in scena proferuntur PLVS MISERAE IN PRAESENTIA FOEMINARVM, quibus solis latebant*, & lib. de vel. Virg. 14. *Pura virginitas aiebat etiam FOEMINARVM oculos pati non vult.* Quid ergo boni, aut quid non mali à puella tàm inuerecunda, vt palam osculari se patat, expectare poterat? Id certè de ea, quod de Cynicis philosophis ob eorum in verecundiam aiebat Cicero lib. 1. de off. statuendum videbitur, id erat autem *Cynicorũ natio tota eijcienda est*, est.n. *INIMICA VERECVNDIE sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum.*

Tertul.

Cicero.

Stob. ser. 22.

Atque alicuius vrbis ab hostibus capta, quis vrbẽ ipsam à direptione, & deuastatione defendat? Pulchritudinis arcem verecundiam esse sapienter Demadas apud Stobæum statuebat, si hanc igitur mulier amittat, quis à prostitutione eam tuebitur? quo facie pulchrior erit, eo turpioribus vitijs subiacebit, contrà verò est *Verecundia*, vt inquit S. Ambr. lib. 1. ep. c. 18. *pudicitiæ comes cuius societate castitas ipsa tutior est*, & lib. 6. ep. 46. *nihil inquit SANCTIVS in Virgine, quàm VERECVNDIA*, & infra. *quid præstãtius in virgine cuius PRAECIPVVM OPVS VERECVNDIA, quam secretum?* atque vt S. Chrys. ait hom. 26. in Matt. *frequenter verecundia frænum est vitiorum*: hac igitur à Virgine ablata in vitiorum præcipitia Virgo corruit.

Arx pulchritudinis pudor

Si. Ambr.

S. Io. Chrisost.

21. Quinimmò tanta est non solum quo ad nomen, sed etiã multo magis quo ad rem inter pudorem, & pudicitiam connexio, vt Pudorem pro pudicitia, & castitate, Impudẽtiam verò pro libidine accipi asserant. Abbas Ant., & Io: Andr.

Pudor, & pudicitia separantur nunquam.

Abbas Ant. And.

And. in c. *ex parte de consuetud.* teste Tiraquello lib. 9. Cōnub. 155. qui etiam asserit n. 154. soluere pudorem, idem esse ac claustra pudicitiæ effringere, disrumpere, soluere, allegatque Virgilium Aen. 4. dicentem.

Tiraquel.

Virgil.

Spemque dedit menti dubiæ, soluitque pudorem.

Et S. Ambrosium in lib. de Patriarchis, & in cap. Nemo 94. in illis verbis *coniugij iura temerantur, & uxoris pudor soluitur*, & rursus Virgilium scribentem.

S. Ambr.

Te propter eunde n
Extinctus pudor.

Videant igitur qua ratione velint huius Cantici expositores sponsam, quam laudant, & summè pudicam, & summè impudentem esse.

Quorundam excusatio prima refellitur.

EXCVRSIO IIII.

1 NON potuit hic scopulus adeò eminēs ab huius sacri Hymenei expositoribus non cerni, neque tamen effugere conati sunt, sed ad ipsum appellentes ne illiderētur naufragioque perirent, varia responsionum commenti sunt machinamenta.

Osculum amicitiæ signum.

Prima ergo responsio est. Osculū vituperatione carere, si amicitiæ si pacis, si beneuolentię, si patriæ consuetudinis gratia, aut reddatur, aut accipiatur. Quare *cum osculum audimus, vel amplexum* inquit, Sanc. in com. huius p. versus, *nihil audimus lasciuum, & impurum, si antiqua tempora, quibus hæc à Spiritu Sancto dicta sunt, obseruemus, in quibus oscula, & amplexus signa erant familiaritatis, & beneuolentiæ*, afferuntque in hanc rem ipse, & Sherlogus plurima testimonia, & exempla, ex quibus, quoniam non omnis lector in promptu ea habebit, & ex alijs quoque auctoribus nonnulla quæ magis ad rem videbuntur,

Sanctius.

excer-

excerpemus. Quod ergò salutationis ; aut congratulationis nota esset osculum, docent Sen. lib. 2. de ira cap 4. dicens. *Ille me parum humanè salutauit, ille osculo meo non adhæsit*

Seneca.

Arrianus in differt., Epict. cap. 19. *Tribunatum aliquis adeptus est? omnes obuij gratulantur : alius oculos alius collum osculatur*. Suet. in Vitellio cap. 7. *Tota die caligatorum quoque militum obuios exosculans*. Quàm autem hic mos osculandi frequens esset argute, vt solet, explicat, & queritur Martialis lib. 11. epig. 99. ad Bassum inquiens.

Arrianus. Suet. Gratulatio nis.

Martialis.

Effugere non est Basse basiatores
Instant, morantur, persequuntur occurrunt
Et hinc, & illinc vsq, quaque, quacunque.

Suet.

Quarè Tiberius vt refert Suet. in Tiber. cap. 34. lege cauit, ne id amplius cuiquam esset impunitum, non tamen contrà consuetudinem tot iam sęculis confirmatam quidquam potuit.

2 Iā quod amicitiæ, quod fœderis, & concordiæ symbolum, quis non docuit? Tacit. Ann. lib. 14. de Nerone volente simulare amicitias cum Seneca *His* (nempè blandis sermonibus) *adijcit complexus, & oscula factus natura & consuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditijs*: de Minutio, & eius exercitu refert Plutar. in Fabio. *Secundū hoc amplexus* (Minutius) *Fabium, & osculatus est idem erat cernere per totum exercitum, nam complexu se mutuo, & OSCVLO exceperunt*. De Traiano scribit Dio. cum Senatum osculo excepisse, & dimisisse teste quoque Plinio in Panigirico his verbis. *Gratum erat quod aduenientem Senatum osculo exciperes, vt dimissus osculo fueras*.

Tacit. Et fœderis. Plut. Dio. Plinius.

Frequens quoque osculorū vsus sub Ecclesiæ Catholicæ exordijs fuit, & quidem in sacratissimis quibusque, & maxime verendis mysterijs, vt cum de pane vitæ fideles participarent, cum orationibus, & ieiunijs instarent, vt videre est in expositionibus epist. B. Pauli ad Rom. cap. 16. v. 1. ad Cor. p. c. 16. & 2. c. 13. 12 In Card. Baronio t. 1. 4. an 45. n. 23. & alijs, Immò Episcopum quoque à populo in pacis pignus osculum exegisse ex D. Ambrosio

Frequens olim in Ecclesia osculum.

Cardin. Baron.

S. Ambr.

A populo Episcopi exigebant.

sio patet qui ser. 33. eos reprehendens, qui in Quadragesima non ieiunabant. *Non vobis,* inquit, *rubor est, cum exitis in publicum, ne quis vobis ieiunus occurrat, aut saltem cogitatis, cum ad Ecclesiam proceditis, quemadmodum pacem ab Episcopo porrigatis, ne forte ipso SPIRITV OSCVLI, vestri vos reprobet?* Sed Theodoretus non est omittendus in huius cantici versum, ait n. *Atque ne quis osculorum vocabulo perturbetur, vel mystico sponsi tempore sponsi corpus suscipientes complectimur, & osculamur atque osculis cordis imprimimus, & anima, & cogitatione quasi complexus quosdam, & congressus nuptiales effingimus, atque ipsum charitate timorem foras eiicientes, nos amplexari putamus, & sequitur.*

Theodor.

3 Verum quod proposito magis fauet, est, quod in sacra quoque scriptura sincerorum osculorum, & honestorum frequens mentio, & vsus est. Neq. n. Iacob Gen. 29. aliquid audax, & insuetum tentauit, cum Rachelem cognatam, tunc sibi primum visam osculatus est, & Iudas, more fortasse assueto, Christum designauit osculo.

Gen. 29.

In sacris literis commendatur.

Et Christus ipse Simoni obiecit, quod in conuiuio osculorum officium omiserit. Quin S. Paulus ad Ro. 16. & 1. Corint. cap. 16. & Petrus ep. 1. monent, vt salutent quosdam *IN OSCVLO SANCTO.*

Luc. 7. 45.

Hæc omnia ego libenter admitto, [illegible] satisfaciant, vehementer vereor. Primum quoniam agitur in exemplis allatis de osculis virorum inter se, aut fœminarum, non autem de fœminis à viris osculatis aut contra, vno Iacobi exemplo excepto, quod, & illorum temporum simplicitas, & noua [illegible] excusare possunt. [illegible] oscula mulieribus à viris impressa, aut delibata valdè semper suspecta fuerunt, [illegible] primitiua Ecclesia valdè cauebatur. Nam Clemens Petri discipulus, & successor, lib. [illegible] Apost. const. cap. [illegible] præcipit, vt viri viros, & fœminæ fœminas, cum ad Eucharistiam accedunt, osculentur. Est n. osculum mulieris, [illegible] prælibatio quædam pudicitiæ, & proxima [illegible] ad concubitum [illegible] Ouidius.

Sed intra eundem sexum.

Clē. Rō.

Osculum prælibatio pudicitiæ.

Ouid.

Oscula qui sumpsit, si non & cætera sumpsit,
Hæc quoque, quæ data sunt, perdere dignus erat.

& paulo post

Quantum defuerat pleno post oscula voto?

& alibi

Oscula si dederis, fiam manifestus amator.

& est vulgare dictum

Virginei illaqueant, tactus, post oscula, factum.

A quo non longe abit S. Ambr. lib. 1. Epist. 18. *Osculum aiens, quod pignus est nuptiarum, & prærogatiua coniugij.* Quod & P. Meuius sensisse visus est, qui, vt refert Valer. Max. lib. 6. cap. 1. *In libertum sibi admodum gratum animaduertit, quia eum nubilis iam ætatis filiæ suæ osculum dedisse cognouerat, præsertim cum non ex libidine, sed errore lapsus videri posset; filiæ tum tristi exemplo præcipiens, vt non solum virginitatem illibatam, sed etiam OSCVLA ad virum SYNCERA perferret.*

S.Ambr.

Valer. Max.

4. Quod præceptum tanquam sibi impositum etiam repugnante Patre seruare voluit Gualdrada Berta Florentina, quæ plurimum ab Othone IV. Imperatore præsente laudata, cum eius Pater Imperatori se obtulisset facturum, si ita eius ferret animus, vt deosculandæ puellæ copiam haberet, liberè respondit. *Nullius se vnquam, nisi, qui vir suus foret, suauium accepturam.* Fulgos. lib. 6. c. 1.

Gualdrada dimissa osculū Imperatoris auersatur.

Fulgos.

Nec omittendum videtur, quod Tobiæ 7. narratur, videlicet Raguelem cum agnouisset Tobiam suum propinquum, in eius amplexus, & oscula irruisse, *& misit se,* Raguel *ait sacer textus, & cum lachrymis osculatus est eum, & plorans super collum eius dixit &c.* At vero *Anna vxor eius, & Sara ipsorum filia lachrymatæ tantum sunt,* ille, quia vir, osculatus est virum, hæ quia mulieres, lachrymis quidem amorem suum testatæ sunt, at vero ipsum amplecti, quamuis propinquum, quamuis à longinquo venientem, & antea numquam visum, siue osculari ausæ non sunt.

Tob. 7. 6.

Tob. 7. 5.

Oppones fortasse Romanorum morem, apud quos constitutum erat, vt mulieres cognatos oscularentur; at huius moris peculiaris fuit quædam ratio, quam reddit Plu-

Romani cur affines oscularentur.

Plut.

tarcus in problem. dicens *An vt multi putant quod his (* mulieribus*) vini vsus interdictus* esset, ne *bibētes laterent, sed domesticorū congressu redarguerentur? An probabilior huius rei causa est, quam scriptis Arist. Nam cum ad Italia littora Troiani appulissēt, & viri ad vnum omnes relictis nauibus ad terram descendissent, mulieres naues incenderunt, quod diuturni, ac longi erroris, eas pratesum esset Metu deinde virorum panida propinquos, ac domesticos complexa osculando, ac blandè appellando, vt cuique occurissent facinoris conscientia salutabāt, hoc pacto mitigatis animis, & inter se conciliatis, māsit postea consuetudo, vt hac inter se comitate vterentur.* Ex necessitate igitur orta fuit hæc consuetudo, & inter propinquos, atque domesticos cohibita est, at neque apud Hebræos hæc consuetudo viguit, nec eius introducendæ vlla necessitas afficit; & sponsus neque præsens, neque domesticus erat.

Quibus, & qua de causa mulieres osculari apud Romanos licitū.

5 Ad hęc animaduertendum est ex Plutarco in Romulo moris fuisse Romanis mulieribus consaguineorū frontem osculari, non autem os; licet succedentibus temporibus, cum vsus vini mulieribus interdictus esset, ex auctoritate M. Catonis cum primum viri mulierum cognatarū os osculari cœperint, vt si vinum potassent eos non lateret teste Marcello Donato cap. 26. in Suetonij Claudium firmatque auctoritate A. Sellij l. 10. c. 23. ad ipsum inaudītis. Cæteris autem, qui necessitudine aliqua mulieribus coniuncti non erant, eas suauiari non licebat, vt Suetonius in Clau. c. 26. indicat inquiēs *Verum illecebris Agrippina Germanici fratris sui filia PER IVS OSCVLI, & blanditiarū occasiones pellectus in amorē.* Nempè de iure loquitur, quo osculum mulieribus, & viris cognatis, & necessitudine coniunctis permittebatur, cæteris verò prohibebatur. Neq; desunt, qui vxorem, quæ alteri, quàm viro, osculum dederit, vel ab alio, acceperit, tamquam adulteram arguant, & vti talem dote priuandam censeant, vt tradit Icā Ripa in Rub. de Iud. col. 3. quod, & Iure Pontificum receptum esse videtur cap. *Plerunque de donat. ap. Greg.* Et si .. n. extrema linea non est in amore osculum, est illi tamen

Marcell. Don.

Suet.

Icā Ripa.

proxim-

Donat. proxima, vt Grammaticorum eruditissimus Donatus in M. Ant. Mur. Ter. Eunuch. ar. 4. sum. 2. à M. Ant. Mureto lib. 6. var. lect. cap. 10. laudatus docet. Quinque sub amoris quasi lineas esse. Quarum prima est videre eam, quam amas, secunda, cum ea sermonem conferre, tertia posse eam contingere, quarta osculari, quinta Potiri.

Oscula amatoria nõ permissa. 6 Præterea locum hic nõ habet illa excusatio de osculorum consuetudine, nam aliud est loqui de osculis amicabilibus, aliud de amatorijs, illa permissa semper fuerũt hæc autem, nisi inter coniuges, & spõsos prohibita, immò Plut. inter hos quoque coram alijs illaudata. Quare Cato senior Senatu mouit Antistium, quod pręsente filia vxorẽ deosculatus esset, & ab Ecclesia etiam illa consuetudo se inuicem osculandi antiquata est, eo quod paulatim inter amicitiæ oscula amatoria quoque irrepserant, quam abu-Clem. Alex. sionem damnat Clem. Alex. lib. 3. Ped. cap. 11 inquiens. *Delectatio autem non in osculo censetur, sed in beneuolentia; illi autem nihil aliud osculo quam Ecclesias conturbant. Etenim hoc quoque turpem mouit suspicionem, & maledicentiam; quod impudenter osculo viterentur, quod oportebat esse mysticum.* Quapropter obseruat Card. Baron. t. 1. an. D. 45. n. 26. factum in Card. Baron. quibusdam Ecclesijs, vt tabella porrigeretur deosculanda, qui mos decurrente tempore generalis euasit.

Osculum amatorium ab sponsa petitum. Atqui non amicitiæ osculum expetebat spõsa, sed amatorium, quoniã à sponso, siue ab Amasio, & sũmo desiderio, ità vt fingatur ab his auctoribus deliquium passa, & ratione reddita, *quoniã meliora sũt*, idest suauiora, *vbera tua*, per quæ vel amores intellexit, vt multi trãsferũt, vel amplexus meliora inquam vino, idest omnibus alijs delicijs, S. Greg. Rom. & oblectationibus, id certe S. Greg. Papa nõ inficiaretur, qui in prol. suę exposit. in Cant. *Notemus*, inquit, *quam mirabiliter quam misericorditer nobiscum operatur Deus qui vt nos ad amplexus Sui amoris accendat vsque ad TVRPIS AMORIS nostri verba se inclinat.* Non essent enim turpis amoris, verba, si de amicitiæ, & beneuolentiæ tantum osculis; & non S. Ambr. de amatorijs accipiẽda essent. Id ipsũ affirmaret S. Ambr. qui

qui lib. 6. ep. 48. ad Paternum ipsum hortatur, vt Nepotem auunculo coniugio copulare nequaquam velit, atque hac etiam inter alias vtitur ratione. *Quid tam solemne quam osculum inter auunculum & Nepotem? quod ille tamquā filia debet, hac quasi parenti? Hoc igitur inoffensæ pietatis osculum suspectum facies de talibus cogitādo nuptijs, & religiosissimū sacramentum caris pignoribus eripies.* Quæ ratio supponit inter sponsos nō amicitiæ, & familiaritatis oscula intercedere, sed amatoria hincque argumentatur sanctus, si auunculus Nepotem vxorem ducit, iam quoties Nepotē auunculus osculabitur, videbitur vt futuram sponsam, & amatoriè osculari, quod ne suspicentur homines, cauebunt ab osculis, atque ità religiosissimum sacramentū (idest osculum in beneuolentiæ, & amicitiæ signum) caris pignoribus eripies.

Oscula inter quos inspecta.

7. Id neque pudicū iudicasset Iacobus Billius, qui pudore tamquam lapide lydio castas mulieres ab impudicis discerni docet Anth. 5. lib. 2. hoc eleganti epigrammate,

Pudor argumentum pudicitiæ.

Quo proba dignosci possit, quæ fœmina nequam.
Temporibus priscis cum nota nulla foret.
Id tulit indignè Dominus. Nam perfida castæ
Castaque iudicio perfida plebis erat.
Errorem hunc igitur tollens; his hora pudore
quibus est cara pudicitia.
At quibus est studio Veneris scelerata voluptas
Facit, vt his toto desit in ore pudor.

Quæ igitur in defensionem huius osculi ab alijs interpretibus allata iam sunt nullo etiam impellente corruunt.

Sed demus nullam impudicitiæ notā per hæc verba subijsse sponsam, quis pudorem, qui est virginum decor, & modestiam, & silentium pudoris comites in ea non desiderabit? S. certè Bern. serm. 7. in cant. eius audaciam miratur dicens *Non fuit proœmium, non captat beneuolentiam: sed ex abundantia cordis repente prorumpens, NVDE FRONTOSE QVE SATIS Osculetur me, AIT, osculo oris sui.* Quam porrò hoc puellas dedecent, egregio commento ostendit Plut. Venerem fingens, quæ altero pede testudinem premebat.

S. Bern.

Veneris statua testudinē premens.

Pauſ.

ex Pauſ. in Cliacis, cuius rationem reddidit eruditiſſimus

Alciat.

Alciatus Embl. 196. dicens.

Quodq; manere domi, & tacitas decet eſſe puellas;
Suppoſuit pedibus talia ſigna meis.

In viris & laudabilis verecundia.

Valer. Max.

8 Quinimmò etiam in viris laudabilem eſſe verecundiam, quæ à Valerio Maximo lib. 4. cap. 5. eius exempla afferuntur, planè docent; nec omittenda ſunt prudentis huius auctoris verba in verecundiæ laudem videlicet. *Digna cui perinde, ac cæleſti numini templa extruantur, araque conſecrentur; quia PARENS EST OMNIS HONESTI conſilij, tutela ſolemnium officiorum, magiſtra innocentia chara proximis accepta ALIENIS omni loco omni tempore fauorabilem præferens vultum.*

Iuſtinus.

Cuius dicti nobile experimentum in Demetrio Philippi Macedoniæ regis filio habemus; Miſſus n. à Patre ad ſatisfaciendum Senatui Romano, turba querelarum confuſus adoleſcens repentè obticuit. Tunc Senatus, Iuſtino lib. 32. teſte verecundia eius motus, quà priuatim etiam antea, cum Romæ obſes eſſet, carus omnibus fuerat, cauſamque illi donauit; atque ita modeſtia ſua Demetrius veniam Patri, non iure defenſionis, *ſed PATROCINIO pudoris obtinuit*. Neq; minus ad condemnandum, quam ad abſoluendum apud Romanos valuit pudor. Cum n. Capitolinum, quod filio ſuo ſtuprum intentaſſet, accuſaret Marcellus, ille autem crimen inficiaretur, teſtiſque nemo adeſſet, accitum adoleſcentem viſum eſt patribus, cuius productis, inquit Plutarchus, cum ruborem lachrymas, & perpetuo ſimul iracundiæ pudorem admiſtum animaduerterent, nullo alio egentes indicio aduerſus Capitolinum pronunciauere ſententiam. Sicuti ergo etiam in adoleſcente ſummè amabilis eſt pudor, ita in adoleſcentula ſupra modum impudentia deteſtanda.

Plutarchus in Marcello.

Excursio

EXCVRSIO V.

Inter sponsos futuros an licita oscula.

Fatentur nonnulli idquod inficiari nequiut Puellam Virginem, nemini que promissione destinatam, osculi postulationem dedecere. At inquiunt. Virginem, quam in scenam producit Salomon, eius, cuius oscula auet thalamis promissam fuisse, & sequuturi coniugij sponsalia præiuisse. Sponsis autem de futuro conceditur ea voluptas, quæ præcisè ex osculo, & contactu manus, vel faciei percipitur, sic, vt nec venialiter idcirco delinquere intelligātur, quemadmodum ex probatis auctoribus nimirùm. Toleto. Nauarro, Valentia, subinfert Lessius lib. 4. de iustitia, & iure cap. 3. dub. 8. n. 58. Igitur quamuis versus canticorum explanandus esset de carnali osculo, & desponsatorum oblectamento aliquo, nihil tamen lasciuum concipiendum esset.

Lessius.

Non hoc clypeo defenditur Salomon.

Verum etsi concederemus per hanc ianuam euadere posse sponsam, Salomoni, certe hoc non liceret. Nam ad spectatores, siue auditores educit ipse puellam, quæ statim osculum petit, nec eosdem præmonet desponsatam esse, quæ loquitur, nec aliundè ipsi hoc cognoscere poterant; Nam si dicas huius desponsationis præcessisse famā frigidam procul dubio enarrasset fabulam, quæ.n.iam nota sunt, fine aliqua delectatione auribus percipiūtur. Præterea non tantum ad sui æui homines, sed etiam ad futurorum sæculorum progeniem scribebat Salomon; ne ergo qui hæc audirent, scandalum paterentur, oportebat iuxtà Rethorum præcepta in principio auditores dociles reddere, & præmunire, ne ad lasciuum aliquod Dramma spectandum, se inuitatos esse suspicarentur. Addo non solum oscu-

osculum tantum expetijsse sponsam illis verbis *osculetur me osculo oris sui*, Sed amplexum, & matrimonij consumationem, vt Ludouicus Alcasar acutè notat, & verba sequentia indicant. *Quia meliora sunt vbera tua vino*. si.n.osculum tantum efflagitasset, quia meliora sunt labia tua oportuisset eam dicere, non autem vbera, quæ non osculanda, sed amplectenda proponuntur, & celebrantur.

Lud. Alcasar.

2 Sed neque ipsa puella Virgo desponsationis clypeo se tueri potest, quoniam non vsque ad desponsationem tantum, sed vsque ad extremum vitæ spiritum; imò etiam post mortem, si fas est dicere, decet pudorem comitari mulieres, sicuti inter alios in præceptis conub. docet Plut. præcep. 18. vbi prius lepidum responsum cuiusdam lacænæ, quamuis ancillæ refert, quæ à quodã interrogata, an adhuc accessisset ad virum, *non ego*, inquit, *sed ille ad me*, quasi ignominiosum mulieri foret ad virum accedere, & tamen hæc ancilla erat, non ingenua, & lacæna, apud quas summa libertas erat. Nam, vt idem in lycurgo refert. Assuefecit hic puellas non minus, quam pueros, & versari nudas, & quibusdam in sacris saltare, & canere præsentibus simul, spectantibusque iuuenibus, *interdum etiam* inquit, *comiter in singulos aptèque abiurgantes carpebant delinquentes, ac rursus in eos, qui digni essent praconia cantu composita dictantes. Quin & eorum corporum cursibus, & luctationibus cantibusque, discorum, atque iaculorum exercuit*; Quid mirum igitur, si pudori quoque muliebri nuncium remisissent? Non hoc fecerunt tamen, & lacæna nupta viro, se ad ipsum accessisse verecundata est fateri. Post hoc igitur lacænæ responsum relatum subijcit Plut. *Hoc quidem mea sententia in hara, matronaq; esse debet, vt neque deuitet huiusmodi, nec agre ferat incipiente marito NEC ID IPSA PRIOR TENTET. VT ENIM HOC MERETRICIS EST*, atque impudentis, sic, & illud fastuosæ, nec virum amãtis. Quid ergo Plutarchus de Virgine nondum in thalamum ducta, & iam sponsum ad oscula prouocãte &, tentante diceret? Pro leui conuitio haberet *frons meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere*.

Pudorem semper comitari mulieres decet

Plut.

Plut.

Ierem. 33.

Concinit Virgilius, qui Aen. 3. Sichęi quondam vxorem Didonem inducēs amorem suum erga virum magnifacientem, hęc ei verba ascribit.

Ille meos primus, qui me sibi iunxit, amores
Abstulit

Sed cur *ME SIBI IVNXIT* dicere maluit, quam iūnxi me, aut nupsi? Verecundiā sui notat Nascimbenius allusionemque ad memoratum lacænæ dictum fieri existimat.

3 Porrò quam deceat sponsas pudor, laudabileque sit, ipsas veluti coactas virum recipere plures antiquorum mores satis ostendunt. Romani nouam nuptam ipsum domus limen pedibus suis transcendere non permittebant, cuius rationem reddens Plut. probl. 26. *An* inquit *quod primas mulieres rapuerunt, sic eas domibus intulerunt non ipsa ingressa sunt? An ea inuita ingredi videri volunt, vbi pudicitiam amissura? An quod potius signum est ipsam non sua spōte domum exituram, nec suos relicturam fuisse, nisi cogeretur quem admodum vi coacta ingressa est? Nam apud nos quoque in Boccothia currus axem pro foribus comburunt, significantes sponsam intus manere oportere, tamquam eo sublato, quod ea asportatura fuerat.* Non ibat ergo pedibus suis, non properabat, sed asportabatur spōsa, quasi vi coacta in ędes sui spōsi. Quare & Catullus in Epitalamio Iuliæ, & Malij de noua nupta cecinit.

Nuptialib. Romanorū ritib. idem ostenditur.

Plut.

Tardat ingenuus pudor
Qua tamen magis audiens
FLET, quod IRE NECESSE SIT
Sed moraris, abit dies.
Prodeas noua nupta.

& rursus

Qui rapis teneram ad virum virginem

Festus.

Alludit. n. ad eum morem de quo Festus. *Rapi simulatur Virgo ex gremia matris, aut si ea non est ex proxima necessitudine, cum ad virum trahitur.* Quē ritum eleganter exposuit Apulius lib. 4. de Asino Aureo. Item probl. 23. *Quid est* inquit Plutarchus, *quod maritus primo sponsa non in luce, sed in tenebris*

nebris iungitur? An quia eum pudet, quod antequam coeat alienam putat? An & ad propriam verecundè accedere meditans & assuefaciens? An calumnia quadam, & accusatio illi esta veneris erat quod fiebat, quum LEGITIMIS, AC IVSTIS CONNVBIIS PVDOR quidam, & verecundia adhibebatur?

Viguit autẽ pręcipuè hic mos apud prudentissimos Lacædemonios, de quibus idem Plut. in Lycurgo ait. Ad sponsam commeabat sponsus cum pudore, & metu, ne quis ex familia perciperet, simul machinante illa, & opportunitatẽ suppeditãte quo in tempore inscijs alijs congrederentur. Neque verò ad modicum temporis ita agebant; sed aliqui etiam liberos prius tulerunt quàm aspicerent vxores suas interdiu.

S. Aug. 4.

Etiam inter coniuges pudor secretum amat.

Cõcinit Plutarcho D. Aug. lib. 4. de C.D. c. 28. vbi effatur. *Quid concubitis coniugalis?* &c. *Nonne, & ipse quamquam sit licitus, & honestus remotum ab arbitris cubile conquirit Nonne omnes famulos atque ipsos etiam paranymfos, & quoscunque ingredi qualibet necessitudo permiserat, ANTE MITTIT FORAS, QVAM VEL BLANDIRI CONIVX INCIPIAT?* En pudet ipsum virum coram coniunctissimis coniungi iam suæ blandiri & non pudebit Virginem futuram coniugem, à suo futuro coniuge blanditias, & oscula coram multis expetere? Quinimo etiam vxores comitatur verecundia teste eodem S. August. ser. 46. de Ver. D. dicente *Vxorem refrenat infirmitatis sexus ipsa verecundia.*

Ritus aliꝰ nuptialis.

Plut.

Sed ad Plutarchum redeamus. Rursus probl. 103. quęrit. *Quid est quod publicis festis veteri more Virgines nõ nubunt? An vt Varro dicit, quod Virgines cum in matrimonium dantur, doleant, mulieres verò lætentur?* Ecce doctissimi Varronis suffragio, dolent Virgines, cum nubunt, non quod verè omnes doleant, sed quod eas dolere deceat, & veluti inuitas, ac dolentes ad nuptias transire.

Macrob.

Festiuis diebus Virgines non nubebant.

Sed magis etiam in rem nostram huius ritus rationem reddit Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 17. dicens *Ferijs vim cuique fieri piaculare est, ideò tunc vitantur nuptiæ; in quibus fieri vis virginibus videtur,* & infra. *Cur ergo Nonis si feriatus dies*

non est, prohibetur celebritas nuptiarū: Huius quoque rei in aperto causa est. Nam quia primus nuptiarum dies VERECVNDIAE datur omnes autem postriduani dies, seu post Kal. seu post nonas, idusq. ex aequo atri sunt &c. Verecundatur ergo Virgo, & vim quodammodo patitur cum nuptui datur, quo etiam pertinet ille alius antiquorum mos, quo sponsus nouae nuptae zonam soluebat, quasi Virginitatis baltheum non ipsa à se libenter auferre; à quo fortè non dissentit; alia consuetudo, cuius Plut. meminit probl. 85. nouae vxoris comam hastae cuspidae discernendi, ac discriminandi quae violentiam quātam designat, vt vbi idem autor aduertit.

Plut.

Sponsa rubore suffunditur.

5. Quod si nimia feueritas videtur inuitas non nisi ac dolentes ad nuptias accersere puellas, quis negabit saltē eas debere pudore suffūdi? hoc certè tā decens, & consuetum est, vt prouerbij loco habeatur tāquam nouam nuptam rubore perfundi, ad quod alludens Ouidius lib. 2. Amor. eleg. 5. cecinit.

Ouid.

Quale coloratum Tithoni coniuge Caelum
Subrubet, aut SPONSO VISA PVELLA NOVO.

Cui accinit Tibullus elig. 4. lib. 3. inquiens.

Tibullus.

Vt iuueni primum Virgo deducta marito
Inficitur teneras ORE RVBENTE genas.

A quibus nō abit Virgilius Lauiniam Virginem Turno desponsatam coram sponso, & matre rubentem, ac flentem, sed silentem describens, ait .n. Aen. 12.

Virgilius.

Accepit vocem lachrymis Lauinia Matris
Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor.

Accedit Lucanus lib. 2.

Lucanus.

Non timidum nupta leuiter tectura PVDOREM
Lutea demissos velarunt flammea vultus.

Penelopes pudor.

Quam in rem optime quadrat tacitum Penelopis responsum, quae inter Icarium Patrem, & Vlissem sponsum constituta, rogata quem sequi mallet, lingua nihil respōdit, sed faciem veluti pudibunda velauit, ex quo prudenter argumentatus est Pater, virum illam comitari velle. Si

n.

.n. Patris præsentiam viro prætulisset, absque vllo pudore mentem declarasset suam, at viri consortium patri anteferre, nec ore fateri, nec sine pudore significare ausa est, ob quam rem statua quoque pudoris à patre erecta fuit, ex qua Emblema pudoris eliciens Alciatus Embl. 190. pulchrè cecinit.

Alciatus.

Penelope sponsata sequi cupiebat Vlyssem
Ni secus Icarius mallet habere pater
Ille Ithacam, hic offertet Spartem manet anxia Virgo
Hinc pater, inde viri mutuus vrget amor
Ergo sedens velat vultus, obnubit ocellos
Ista uerecundi signa pudoris erant.
Queis sibi prælatum Icarius cognouit Vlyssem
Hocq; pudori aram schemate constituit.

Pudoris sta tua.

6 Non sola tamen Penelope sponso adhæsura faciem velauit, sed sponsæ omnes id antiquitus obseruabant. *Inde* .n. inquit S. Amb. lib. 1. de officijs cap. 9. *& nuptiæ dictæ, quod pudoris gratia puellæ se obnuberent*; exemplumque affert Rebeccæ, quę videns Isaac deambulantem, cui ducebatur vxor, caput obnubere suum cœpit, docens in nuptijs verecundiam præire debere, & lib. 3. de Virginibus pulchrè mentem eius reuelans *Rebecca* inquit, *cum veniret ad nuptias, & sponsum vidisset, velamen capitis accepit, ne prius videretur, quam tangeretur, & vtique pulchra virgo nō decori timuit, sed pudori*, quasi diceret quo pulchriores sunt magis amant videri fœminæ, & Rebecca pulcherrima erat, non ergo ob formam timuit videri, sed ob pudorem, quem neque præsente sponso, qui eam numquam aspexerat, vt oculis eius blandiretur, deponere voluit atque hunc Rebeccæ pudorem pariter laudant Tertull. lib. de Virginibus velandis cap. 10. S. Paulin. Epithal. in Iulianum, & vxorem vt Pererium, & alios expositores Geneseos omittam, & Sherlogum vestig. 11. S. 1. n. 1. Permansisse autem hunc morem velandi capitis apud Hebræorum fœminas vsque ad sua tempora, testis est Tertull. cap. 4. de corona militum dicens. *Apud Iudæ ostam solemne est fœminis eorum velamen capitis*

Nuptiæ vnde dictæ.

S. Ambr.

Tertull.
S. Paulin.
Sherlog.

Tertul. de corona militis.

Boeothienũ mos.

Asparagine coronabãtur sponsi.

Asperitas in sponsa commendabatur.

Sponsa reluctas describitur.

Vide Bar. an.87.

Pet. Vict. & Alex. ab Alex. 2. lib. 2. cap. 5.

tis, vt inde nesciãtur. Vlterius tamen progrediebãtur Boeotij; nam vt refert Plutarchus præcept. con. 2. non solum obnuptam, sed etiam asparagine coronatam sponsam deducebant, cuius moris hanc ipse affert causam: *Nam vt ea suaue ni ex asperrima spina fructum fundit, sic noua Nupta primam asperitatem difficultatemque suam non defugienti, nec indignanti marito vrbanam, iucundamque vitæ societatem præstabit.* Non solum ergo velatam, sed etiam difficilem, morosam, asperam sponsam laudabant. Cui affinè est, quod refert Victorius lib. 27. var. lect. cap. 3. apud Græcos dona quędam ἀνακαλυπτήρια anacaliptiria appellata, eo quod à sponso darentur nouæ nuptæ vt illa pateretur se videri, faciemque detegeret, cum consuetudo eorum temporum esset, vt Virgines vultum velo tegerent, nec potestatem alicui spectandi se facerent.

7 Qua propter decori deseruiens, & nouarum nuptarum moribus suam musam adaptans Claudianus in Epithalamio Honorij Augusti, & Mariæ, hanc quamuis sponso imparem, vt quæ priuata in domo nata esset Stilichonis filia, & Honorio Imperatori nuberet magni illius Theodosij filio, reluctantem, & ferè inuitam, nedum pudentem depingit ait. n.

> *Iam nuptæ trepidat solicitus pudor.*
> *Iam produnt lachrymas flammea simplices*
> *Ne cessa Iuuenis cominus aggredi.*
> *Iam pacata licet sæuiat vnguibus &c.*

Et rursus in Epithalamio Palladij, & Sirenæ

> *Nec tu virtute paterna*
> *Confidas iuuenis, non est terrore domanda.*
> *Sed precibus placanda tibi. Concede marito*
> *Tu quoq; nec Schyticas infensis unguibus iras*
> *Exercere uelis, uinci pattare rogamus*
> *Sic vxor, sic mater eris, quid lumina tingis.*

Laudabatur igitur, & optabatur etiam ab ipso sponso modica quædam, & verecunda in sponsa morositas, tum quia hinc eius honestas, & pudicitia amplius renidebat, tum

tum quia suauiores delitiæ nuptiales hac modica asperitate reddebantur, vt elegãter cecinit Claudianus in Epithalamio Honorij, & Mariæ his versibus

Armat spina rosas, mella tegunt apes.
Crescunt difficili gaudia iurgio.
Accenditque magis, quæ refugit Venus.
Quod flenti tuleris plus sapit osculum.

Martialis. Nec dissentit Martialis, qui lib. 5. epig. 47. de se fatetur.

Basia dum nolo, nisi quæ LVCTANTIA carpsi
ET PLACET IRA: mihi plus tua quam facies.

S. August. 5 Ob hanc eandem rationem notat S. Aug. lib. confess. 8. cap. 3. institutum fuisse, vt iam pactæ sponsæ non tradantur statim *Ne Vilem*. inquit *habeat maritus datam, quam non suspirauit dilatam*, quod alijs quoque in rebus locum habuit aduertit S. Hieronymus, quare Marcellæ epist. 137. quamuis sacrarum doctrinarum auidissimæ quædã nihilominus reticet, vt eius famem acuat. *Tritum quippe*, inquit, est prouerbium, *Vltroneas putere merces, vnde & nos de industria dicenda reticemus, vt audias velis audire, quæ tacita sunt*. Præterea pignus quodammodo erat hæc modica sponsæ, asperitas nunquam inueterandam, nedum estinguendam inter ipsos sponsos coniugalem dilectionẽ, Vt .n. Quintilianus Declam. 13. ait *diliguntur immodice sola quæ non licent. Vt in furorem charitas aliqua conualescat, opus est difficultate. Breuius de concessis, sed statim satietati vicinus affectus est: Non fouet, non nutrit ardorem concupiscentia, vbi frui licet.*

Sponsa cur dilata suspira tanti sponso.

S. Hieron.

Merces vltroneæ putent.

Quintil.

Neque mirum hoc cuiquam videatur. Nam & poma, quę amoris sunt symbola, si non omnino matura, sed duriuscula legantur, facilius & diutius seruantur teste Palladio, qui de ijs seruandis loquens n. 77. *caducis*: inquit, *diligenter electa integra, & prope DVRA, & aliquanto viridia in picato vase claudantur.* Immò Columella lib. 12. c. 45. in fine de eorundem conseruatione præcepta tradens, ait. *Hæc autem poma non matura, sed DVRISSIMA legi debent.* Qua similitudine pereleganter vsum quoque fuisse Acciũ

Palladius. *Poma vt seruentur.*

Columel.

Poetam

Pacuuij iudicium de Accio.

Poetam traditur. Cum .n. Tarenti forte apud Pacuuium grandi iam ætate, & morbo corporis diutino affectum, multo ipse iunior diuertisset, eique tragœdiam suam, cui Atreus nomen est, desideranti lectitasset, dixisse Pacuuiũ ferunt, *canorum quidem illud scriptorum, ac poetici spiritus magnificentiam laudare se, duriora tamen illa pauloque acerbiora sibi videri.* Atque Accium ubi quidẽ se ita habere respondisse, neque tamen se pœnitere, quippe qui meliora se deinceps scripturum speraret: Ingenia .n. humana propè vti poma esse, quæ si duriuscula, at gustatu acerba gignantur, tempestiuè tamen maturescunt, fiũtque mitia, & iucunda. Sin verò statim mollia, atq; vuida, præcocibusq; similia enascantur, prius multò quàm maturescant, victa fiant, & putria. Itaq; ingenio tamquam pomis relinquendum esse, quod ipsa die, atq; ætate mitificetur. Denique experientia quoque testatur diutius moderata durare, quæ verò summum apicem attingunt, præcipitio esse propiora.

Accij resp.

Ang. Pol. epist. ad laur. Medicen.

9 Ex his ergò, & alijs id genus, quæ adduci possent, quis clarè non videat, quàm indecorum, quam inuerisimile, quam contra non solum Hebræorum, sed etiam omniũ gentium morem sit, puellam Virginem, & moratam futuri sponsi, tam ardenter, tam impatienter, tam impudenter oscula postulare? si se, alijs præsertim videntibus faciliter osculari pateretur, parum pudicæ, & inuerecundę nomen non effugeret. Quid ergò si velimus eam priorem in oscula ruere, & primis, quę ab ipsa audiuntur verbis, in suauiorum petitionem erumpere atque exardescere dicendum erit?

Sponsis an liceat oscula.

Atqui, dicebat Sherlogus, sponsis de futuro ea voluptas conceditur, quę pręcisè ex osculis, & contactu hauritur; Esto; ergo decens, & licitum ijs erit propalam, & in plateis his indulgere blanditijs? Quid magis licitum, quã actus coniugales inter coniugio colligatos? debetne ergo coniugatus publicè, & coram alijs ipsum exercere? Absit optimus .n. autor docet Sanctius lib. 9. de matr. disp. 15. n. 1. in loco publico petere, aut reddere debitum, culpam esse le-

Sherlogus

Sanchez.

esse lethalem. Immò etiam subdit n.2. *Tactus inter coniuges alias liciti, redduntur illiciti, quando alijs aspicientibus habentur.* Quid ergo de futuris sponsis dicendum erit, quibus neque tanta licentia, quanta coniugatis conceditur, & pudor, & verecundia multò magis congruit? Sed neque indubitata, & plana est doctrina, quam tradit ex Lessio de osculis, & tactibus inter sponsos Sherlogus, eā. n. aliqui negant, alij moderantur, vt Sanchez, qui lib. 9. de matr. disp. 46. n. 49. & sequentibus docet, excusari quidē à mortali culpa sponsos, qui ob sensitiuam delectationem se amplectuntur, & osculantur, non tamen à veniali, & si periculum copulę, vel consensus in eam, aut pollutionis adsit, lethalem quoque culpam incurrere, & ea solum oscula, quę in signum beneuolentiæ, & ad conciliandum, fouendumque mutuum amorem in ordine ad matrimonium habentur, omni culpa carere existimat. Porro non huius generis oscula fuisse ab sponsa efflagitata, patet ex ipsius ratione, *quia meliora sunt* .i. suauiora, & magis delectabilia *vino.* Prudentissimè autem idem Sanchez admonet, valdè expedire, vt ab huiusmodi tactibus, & osculis sponsi se abstineāt, quo periculum admittendi multa peccata mortalia caueant. Quis ergò non videat, quam non solum indecens, sed etiam lubrica, & anceps, & mali exempli sit osculi efflagitatio, quæ communiter sacrę sponsę tribuitur, præferendaque sit, & obuijs vlnis excipienda illa expositio, quę sponsę huiusmodi postulationem non adscribit, & ex his aufractibus, ac salebris, & nos, & Salomonem, & sponsam ipsam eripit?

Actus coniugalis in publico illicitus.

Sanchez.

Caueāt ab osculis sponsi.

EXCVRSIO VI.

1 VT erat Solertis ingenij vir Paulus Sherlogus, horum verborum *osculetur me &c.* lubricum sensum in ore præsertim Virginis puellæ, planè peruidit, & fassus est dicens Ant. 1. 5. n. 41. *At sanè si qua est in vniuerso epithalamio Charibdis, ad quam offendāt delicata aures, hæc est de concupitis basiationibus:* ne igitur lectorum pedes in errorum præcipitia hæreticorum more laberentur, fulcimenta varia excogitauit. Præter igitur antedicta, hanc osculi petitionem aliò vertit. At primo notat antil. p. sect. 1. Morem fuisse apud antiquos salutandi per oscula distantes, sic Dio Cassius de Othone *oscula amicis per annulos mittebat*, & Iulian. Imp. in Epist. 40. Iamblico. *Vt accepi tuas literas osculabar, & ad oculos admouebā, & ante tenebam*, quibus indicatum, & chartas, atq; annulū vicaria oscula fuisse, sponsam itaq; cum promissus maritus salutaret per mortua oscula, hoc est aut epistolas crebras mitteret, aut nuncios frequentes, & cum his vestem pretiosam, monilia, torques, annulos *Videbantur amori exigua hac vniuersa, sordebantq; absentamentis solatio, dilecto nempe, respuit itaq; muta illa, atq; defuncta oscula, & tota exardescit in eius quem deperit consociatam præsentiam.* Inuentum sanè pulchrum eruditionis, ac subtilitatis meritò laudandam. In eo tamen non aquiescit animus. Primum quoniam huius ritus (si ritus dici potest, quod ab vno, aut altero tantum vsurpatus reperitur) nullum est apud Hebræos, aut finitimas gentes, imò neq; apud Gentiles, qui ante Saluatoris aduentum vixerunt, vestigium: Non est autem verisimile Salomonem præteritis suæ gentis moribus ad exteros, & futuros respexisse.

Sherlogus.

Mos reuertentes amicos deosculandi.

Dio.

Iulian.

Et ad absentes oscula mittēdi.

Dictū hunc non fuisse apud Hebræos.

2 Pręterea gratis dicitur sponsum ad sponsam literas,

& munera misisse, nullum enim adest huius rei argumentum, & contrarium videtur colligi ex illis verbis, *murenulas aureas faciemus tibi &c.* Promittuntur ergo dona, non data recoluntur; sed estò, cum Adamantius id asserat, miserit sponsus dona, rustica, & ingrata sponsa videtur, quæ eorum non meminerit, debuisset enim gratias prius agere pro muneribus, ac deinde eius præsentiam postulare, vel saltem amorem eius donis præferre, vt scitè Helena apud Ouidium ab ipso etiam Sherlogo relatum.

An ad sponsam litera, & dona præmissa.

Cant. 1. 11

Munera tanta quidem promittit epistola dives,
Vt possent ipsas illa mouere deas;
Ast ego perpetuo famam sine labe tenebo,
Aut ego te potius, quam tua dona sequar;
Vtque ea non sperno, sic acceptissima semper
Munera sunt, Author, quæ pretiosa facit.

Dona ab auctore pretiosa.

Perperam quoque Salomon hanc sponsi liberalitatem reticuisset, cum præcipue ad verba sponsæ intelligenda necessaria esset.

De osculi metaphora.

3. Ad hæc vel osculorum nomine vera, & propria oscula intelligebat sponsa, vel sub eorum velamine sponsi aduentum, & præsentiam requirebat. Si prius asseratur, militant contra eius verba, omnia, quæ in duabus præcedentibus excursionibus allata sunt. Si posterius, quod magis approbare videtur Sherlogus, cum in metaphrasi dicat: *Ergò sub osculorum metaphoris quandoque vt festinus reuertatur implorat concupiscens;* quàm apposite vsa esset hac metaphora sponsa perpendamus.

Sherlogus

Quintil. Rhet. princeps lib. 8. c. 1. de metaphora loquēs *Trāsfertur ergo nomen*, inquit, *aut verbum ex eo loco, in quo propriū est in eū in quo propriū nō est, aut translatum proprio melius est;* & se magis explicans subijcit: *Id facimus, aut quia necesse est, aut quia significantius est, aut vt dixi, quia decentius Vbi nihil horum præstabit, quòd transferetur, improprium est.* Cur ergo hanc adhibuit metaphoram sponsa, an quia proprium deesset? nequaquam, poterat enim dicere Veni, Aduení, Accede, Propera &c. An quia significantius? Ita dices, nā

Quintil.

Metaphoras adhibendi quænam causa.

 longè

longe maiorem affectus vehementiam, *osculetur* significat, quam veniat. At aduertendum est, quod dixit Quintilianus (significantius) debere intelligi in eodem genere, alia enim maior significatio esset impertinens, significantius ergo fuisset dicere, Volet, aut velis, & remis cõtendat, per quæ significaretur, aduentus celerrimus, at *osculetur* non est significãtius in eodem genere, cum quis osculari possit, absque eo quod veniat, aut pedibus moueatur. Quomodo enim dici poterit significantius, quod neque est significans? Quis namq; audiuit vnquam per osculum significari aduentum, & per osculari venire? Non minus certè sponsæ aduentum auebat sponsus, quam sponsi expeteret spõsa, nunquam tamen hac phrasi osculandi, vt sponsæ aduẽtum sollicitaret, vsus est sponsus, sed dixit, *Surge propera amica mea, & veni*; ipsaq; eadem sponsa, vt sponsi sui properantis gressus describeret *Ecce*, dixit, *iste venit saliens in montibus transiliens colles*, non autem ecce iste osculatus me est, neq; crediderim vspiam, vel apud sacros, vel apud prophanos auctores osculari prouenire positum esse, non ergo significantius est, cum neq; significans sit.

Perosculũ an significetur aduentus.

Cãt. 2. 10.

Cant. 2. 8.

4 Longè etiam à metaphora, si hæc propriè sumatur, abest, nam metaphora est similitudo quædam, at inter osculari, & venire nulla est similitudo, alioqui esset etiam inter comedere, & Venire, quia & in comestione cibus ori fit proximus, sicuti in osculatione os ori accedit, nõ enim alia, quam hæc similitudo inter osculari, & venire reperiri est facile. Potiusque mihi videretur dicenda methonomia, ex consequentibus .s. antecedentia significans; non poterat enim sponsus dilectam suam osculari, nisi ad eam veniret, sed quo nomine vocetur, parum refert.

An decenter.

Tertiò loco posuerat Quintilianus, *aut decentius*, atqui tãtum abest, vt hoc fuerit decentius, vt nihil dici potuerit indecentius, vt supra probatum est. Decens quidem fuisset, vt si osculum expeteret sponsa, aliqua circumlocutione ad id significandum vteretur; at per verba quæ impudicitiæ speciem quandam præseferunt, aliquid honestissimum

mum indicare, quis non ſummæ imprudentiæ, aut impudentiæ, non adſcribat? Et quamuis hęc ſint vbique vitanda, potiſſimum tamen ab exordio ſermonis ſunt ablegan-da. *Illud .n.* inquit Quintilianus lib.4. c.1.*ex veteribus manet, ne quod inſolens verbum ne AVDACIVS TRANSLATVM, ne aut ab obſoleta vetuſtate, aut à poetica licentia ſumptū in principio deprehendatur.* Quodnam autem audacius translatum quam oſculetur, pro aduenit fingi poteſt?

Quint.

Principia orationis ne ſint audacia.

5 Neque tamen hac tantum ſignificatione eam metaphoram præditam volunt eſſe ſupradicti auctores, ſed veluti ſponſę parturire geſtienti verbum, triplici ſenſu grauidum effingunt, præter .n. enarratum, *quandoque* (ſub oſculorum metaphoris) *connubialem* inquiunt *accellerari diē exoptat, vltra cæteram fortunæ beneuolentiam, & primaria etiam nominari anhelat.* Quos deinde ſenſus fuſius explicat Sherlogus in ſect. Veſt p.

Oſculi trāſlata ſignificationes.

Sherlogus

Connubium igitur per prima verba cantici dilecti ſui optaſſe, & oraſſe loquentem puellam, probat, quoniam mos fuit, vt Chriſtianorum nuptiæ peragerentur datis dexteris, datoque oſculo Baro. t. 1. an. 57. n. 48. Seuer. Barannius notis ad Canonem 13. Conc. Carthag. Credibile autem inquit eſſe, vt etiam apud Hebræos ſancitum, vt quæ virò traderetur puella, oſculum ſub ipſo nuptiarum fædere, & traderet, & acciperet, cum oſculandi frequentiſſimus extiterit apud eos mos. Dum ergo pro oſculo anhelat, nuptialem diem anxię appetere putanda eſt. Nec deerant, quæ ipſam impellerent calcaria. Timor videlicet ne ſponſus, dum nuptiæ differuntur, aliam amaret, inque thalamum duceret, cum Hyeroſolimis, quo ipſe abierat, illecebræ plurimæ, quæ irritare eum poterant, & meliori vel ſaltem nobiliori illaqueare pulchritudine, & ipſamet abſentia fidiſſimas nonnunquam diſſoluat amicitias.

Oſculis an peragerentur nuptiæ.

Baron.

Alterum calcar, quo impellebatur, gloria connubiorum, erat. Pro maledictis .n. habebantur ſteriles eo tempore, quare nuptię magno in honore erant, & maximopere expetebantur, & apud Iſ. 4. ſeptem mulieres non pu-debat

Sterilitas Hebreis inuiſa.

debat vnius viri thorum ambire.

Ad Hæbreos per oscula nuptiæ pertinent.

6. Nec expositio non improbabilis est penitus, eo precipuè, quod spiritali, sensui optimè deseruit, cum ferè omnes agi hic de nuptijs spiritualibus, siue personæ diuinæ cum natura humana siue Christi cum Ecclesia asserant. Difficultate tamē non caret, neque vulnera per eam perfecte curantur. Primū quoniam inter nuptiales ritus alia multa enumerantur, vt dexterarum coniunctio Annuli impositio, Capitis velatio Sacerdotis pręsentia Coniugij scriptura superq; omnia mutui sponsorum consensus declarati. Cur ergo alijs omnibus quæ connubiorum sunt magis propria, omissis, solius osculi, quod etiam inter solutos adhiberi solebat, & Virgineum pudorem minus decebat, meminit. Præterea apud Hæbreos hunc omnem morem viguisse nemo commemorat, & Gaspar Sanctius, qui ex Hæbreorum rituali, & ex ore cuiusdam Hebræi, qui contrahendis nuptijs sæpe non interfuit solum, sed etiam præfuit, ritus Hebræorum nuptiales diligentissimè collegit Prolog. 3. huius non meminit. Ioã quoque Pineda qui lib. 5. de reb. Salom. eosdem ritus cum allusione ad cantica canticorum diligenter exequitur de osculis ne verbū quidem ex Tob. 7. 15. vbi describitur celebratio connubij inter Tobiā, & Sarā, osculi nulla est mētio, sed dicitur *& apprahendens* (Raguel) *dexteram filiæ suæ dexteræ Tobiæ tradidit dicens &c. Et accepta charta fecerunt descriptionem coniugij, & post hæc copulati sunt.* Ergo rodum nuptias contrahendi apud Hæbreos absque vllo osculo, & ratio quam Sherlogus adducit frequentissimum fuisse osculorum vsum apud Hebræos contrarium suadet, non enim pro signo coniugij illud adhibendum erat, quod etiam inter non coniuges frequentari consueuerat.

Tob. 7. 15.

Sherlog.

Nuptie cur non alijs vocibus expressa.

7. præterea si connubium aut nuptias exoptasset sponsa cur non vocibus proprijs ea expetiuisset, cum translatis vti nulla necessitas, aut ratio cogeret, vt ex his quę superius diximus colligi potest. Ad hæc si circonlocutione verborum, & translatis vocibus gaudebat, cur alijs potius,

tius, quæ pudorem magis ipsius decebant vsa non fuit? Cur non expetiuit dexteram suam illius dexteræ coniũgi? Cur non ad eandem mensam accumbere? Cur non de eodem poculo, aut de eodem pane, quæ nuptialia signa erant, degustare? Cur non in ipsius domum introduci? Cur non sub illius vmbra requiescere? Ita profectò vota sua certiora quam per osculum reddidisset.

Deinde quamuis demus puellam nuptias ambire non dedecere, ipsas tamen tam clarè, tam ardenter, tam impatienter expetere valdè insolens est, nec puellari pudori congruit, morisque fuit antiquitus, vt non tam ipsæ Virgines à procis earum rogarentur, quam earum parentes, & ab ipsis etiam parentibus, non earum expectato assensu desponderentur, quod in Rebecca, in Lia, & Rachele in Axa filia Calem in Michol filia Saulis, in Sara filia Raguelis in historia sacra obseruatum videmus. Apud Romanos autem Scipio Africanus filiam suam ipsa nesciente Graccho despondit, sicut & Salonius Catoni, & idem apud Comicos factitari reperimus teste Rosino lib. 5. antiqu. Rom. cap. 37. Interdum tamen optionem filiæ datã, vt ex procis quem mallet in spõsum sibi eligeret nõ ignoro, tunc autem cum a patre ad nuptias proci omnes inuitati essent, introducebatur virgo, quæ aquam porrigere ei, quem virum eligeret, subibatur id apud Gallos moris fuisse testatur Iustinus lib. 43. Apud Græcos autem quoties Puellæ sibi sponsi cooptandi dabatur facultas, omnes quoque illius proci ad cænam conuocabãtur, tumque post cœnam puella ingressa phialam miscebat, ac cuicunq; ex præsentibus mallet, porrigebat, cuique eam porrexerat, is erat sponsus ex Athen. lib. 13. c. 12. & 13. Ita. n. eius pudori consultum volebant, & facto potius, quam verbo ipsam sibi designare sponsum dignum, congruumque putabant.

Nuptias puellam expetere puellam non decet.

Rosinus. *Optio sponsi quomodo puellis data.* Iustinus. Athen.

Sherlog. 8. Preterea huius sui anhelantis desiderij non eas rationes attulit, quas comminiscitur P. Sherlogus, sed ait *quia meliora sunt vbera tua vino*, quibus ostendit osculum ipsum

Osculum per se à sponsa expetitum.

sum

ſum non propter ſobolem procreandam, nec vt pignus connubij, ſed propter ſeipſum eã expetere; eo quod omnibus delicijs, & vnguentorum odoribus ſit præferendũ. Septem autem illæ mulieres apud Iſaiam, nec puellæ dicuntur, nec amaſiæ, nec oſculum petunt, ſed tantum inquiunt, *innocetur nomen tuum ſuper nos, aufer opprobrium noſtrum* (en quam honeſta, & pudibunda periphraſi nuptias expoſcunt) ne.ſ. innuptæ ſeneſcentes, & liberis, & honore connubij careamus, hocque comminiſcitur Iſaias, vt virorum paucitatem hac hyperbole demonſtraret.

Iſai. 4. 1.

Oſculorum tria genera.

Adiungit tandem Pater Sherlogus hac oſculorum metaphora primarium inter reliquas ſponſi vxores ſibi optare locum; Quod vt ſuadeat. Notat prius tria extitiſſe celebriora baſiorum genera. Vnum pedis quod ſeruorum, & abiectæ multitudinis erat honos. Alterum manuum, quo mediocres homines afficiebantur beneficio; Tertium oris; ad quod nonniſi pares officijs, & nobilitate admittebantur, cuius diſtinctionis meminere S. Bern. ſer. 2. & 4. in cant. Hugo Card. Thomas Cirſtenſienſis, & alij. Supponit deinde licitam fuiſſe apud Hebræos poligamiam, & inter multitudinẽ vxorum alias extitiſſe primarias, alias ſecundarias. Illæ erant penes quas familiæ regimẽ, quarum filij hæredes nominabantur, quæ Dominæ, & in honore apud maritum, proinde, & communiter ęqualis cum ipſo nobilitatis, atque opulentiæ. Hæ quę ſecundarię ex plebeia conditione, & quamquam veræ vxores, atque legitimæ. prioribus tamen ita ſubditæ, vt ancillarentur.

S. Bern.

Vxores non omnes primariæ

Oris oſculũ deſignari primam uxorem.

9 *Cum igitur*, inquit Sherl., *Sagax Virgo perpenderet nimia eſſe coniungum differentiam. Maritum de prima nobilitate, cognatione; obſequijs potentia clariſsimum, Deſponſam abſque opibus, & ſine familia, verebatur, vt aliud quam concubinæ nomen poſsideret, futuram nemirum de primaria uxoris ancillis, igitur inter ſpem, atque timorem oſculetur me. inquit. ſ. ò vtinam oſculetur oſculo oris ſui, hoc eſt vtinam eſſe primariam vxorem mihi cõtingat.* Probat autem hanc ſuam expoſitionem. Primum ex D. Bern. ſer. 7. qui hæc verba expendens. *Magnum* inquit

Sherlog.

quid

quid à magno petitura, nullo tamen, vt assolet vtitur blanditiarum fuco &c. At quid sit grande istud, quod tãtopere auet, nisi primariam dici vxorem? Confirmat ex dictis .s. oris suauiationem nobilitati reseruatam, atque ijs qui paribus fulgerent honoribus, ergò osculari sponsum osculo oris sui est æquali cum eo gloria donari esse reginam eam inter mulias. Nam certè cum osculum oris petit inter oscula summum flagitat vt perspexit S. Bern. ser. 4. in Cant. *Cur.* *n.* inquit *cum sufficere poterat dixisse simpliciter osculetur me prater morem tamen vsumque loquendi distinctè & signanter adiecit osculo oris sui nisi vt ostenderet ipsum quod petebat osculum summum esse? Quod si quidem inter basia præstantissimum; rectè designauerit, potiores honores matrimonij* ..

S. Bernar.

10 Laudo ego in hac ratiocinatione ingenium, côclusionem nô probo. Atque in primis admitto quidem osculorum distributionem, sed aduerto hanc non in osculis sponsi constituendam, sed in osculis aliorum erga sponsum. Non enim sponsus manus, vel pedes alicuius osculatur, sed in manibus, vel pedibus, vel ore oscula excipit. Quarè, vt expositioni prædictæ daretur locus oportuisset sponsam dicere; Dignetur sponsus, vt ore meo os eius osculer. Non autem osculetur me osculo oris sui, quo potuisset sponsus eius etiam frontem, vel oculos, vel genas osculari. Præterea per aliquod osculum siue actiuum siue passiuum vxores non crediderim discriminari. Cum .n. qualibet vxor in thori societatem assumatur, quis ad oris quoque oscula ambigat, admitti?

Improbat.

At Sanctus Bernardus osculum summum ait à sponsa flagitari, dantur igitur inferiora oscula; Dantur planè, sed respectu subditorum, amicorum, familiarium non tamen respectu vxorum. Eruntne igitur omnes vxores æquales? nequaquam, non deerunt enim alia multa discrimina, vt suprà notatum fuit. Vxor igitur etiam secundaria æqualis erit marito, cum oris osculum æqualibus detur? quatenus vxor erit æqualis, imò vna, & eadem caro cum illo. Non tamen in

Osculis nõ discriminãtur vxores.

 admini-

administratione domus, & in alijs multis compar.

Sponsam nō sibi primas optasse.

11 Optasse quoque sponsam vxorem primariam esse, & reliquarum Dominam, non approbo. Ita ne nondum de nuptijs est omnino certa, & iam de primatu inter cæteras vxores certat? Ita ne rustica, virguncula, paupercula, ignobilis, & extera, nobilibus, diuitibus, vrbanis, & fortè agnatis dominari ambit? Quanto laudabilius Abigail, ad quam cum seruos misisset Dauid dicentes, *Dauid misit nos ad te vt accipiat te sibi in vxorem* 1. *Reg.* 25.46. Respondit *ecce famula tua sit IN ANCILLAM, vt lauet pedes seruorum domini mei*. Neque vero S. Bern. supradictę expositioni suffragatur, imò potius reluctatur. Nam post verba superius citata statim infert. *An non tibi, quasi manifeste dicere videtur*. Quid mihi est in Cęlo, & à te quid volui super terram? *Amat profectò castè, quæ ipsū, quē amat, quærit non aliud profectò ipsius*. Non ergo secundū D. Bernardū opes aut dignitatē, aut dominium aliquod intendit, sed amati sui tantū præsentiam, & personam peroptat, vt paulo superius idem S. Bernardus. *Amat autem quæ osculum petit, non petit libertatem non mercedem, non hæreditatem, non denique vel doctrinam, sed osculum*, si autem non libertatem, multo minus auctoritatem, aut dominium in quempiam alium.

1. Reg. 25. 40. & 41.

Abigail modestia.

S. Bernar.

Nouum quoddam subterfugium excluditur.

EXCVRSIO VII.

Osculum exploratorium à sponsa peti.

1 TOT sunt in amatorium osculum congesta tela, vt nonnulli recentiores ab eo ad aliud genus osculi, quod exploratorium vocant, conuolarint. Est ex his Didacus de Celada acutissimus vir in cap. 1. Iudith. S. 17. Vbi *ego existimo*, inquit *sponsam hic non expetere osculum amatorium, sed osculum*

Didacus de Celada.

quo

quo examinetur serio, & comprobetur liquido eius illibata pudicitia, quasi dicat osculo oris sui experiatur meus sponsus, an vel primis *labris libauerim libidinum, & voluptatum vina. Vinum autem (quia fomes est ad cupidinem) Bacchicum fomitē dixit Clemens 2. Pedag. cap. 2. & apud Aegyptios voluptatis fuit hieroglificum gustare olim nefas erat matronis. Cum mulieres* (verba sunt Tertull. apol. 6.) *vsque adeò vino abstinerent, vt matronam ob resignatos cellæ vinariæ loculos sui inedia necarent. Sub Romulo vero quæ vinum attigerat, impune à M. Herennio marito trucidata est. Idcirco, & oscula propinquis offerre necessitatis erat, vt spiritu iudicarentur. Idem tradit Plutar. in problem. Rom. & Plin. lib. 4. cap. 13. Vides fœminas osculo examinari, an sub modicè gustauerint vinum? Hic expeditus est huius loci sensus. s. sponsus osculo probet, an vinum gustauerim, & experimento discet me nec libasse, quia plus delicior in sponsi mei amoribus, quam in vini potatione.* Osculetur me osculo oris sui; Quia meliora sunt vbera tua, *idest deliciæ vino optimo. Vexent hunc locum alij; ego his quiesco.*

Clemens.

3. Tradidit paulo antea hūc sensum noster quoq; doctissimus Aloysius Nouarinus in Vmb. Virgin. excursu. 114. n. 1054. & 1055. *Vbi Petit*, inquit, *sponsa osculum haud dubiò à sponso, & statim se à vino alienam esse affirmat.* Quia meliora sunt vbera tua vino, *ac si apertius diceret, ab eo vino quod luxuriam nutrit, excitat, aliena omnino sum, vbera illa tantum pressi, quæ castitatem ac pudicitiam prementibus ingenerāt, sed quid osculum ad vini abstinentiam?* & allato ritu supra ex Tertulliano, & alijs relatis subijcit. *Ad quem ritum si spōsa verba vocemus, hunc sensum reddent.* Quia à vino prout luxuriam sapit, aliena sum, & nunquam aliquid sumpsi, quod fouere luxuriam solet, idcirco osculum quo hæc abstinentia probetur non defugio. Exploret sponsus meus, meque tanquam spōsam osculetur, ac ab osculo discet me temperantiæ operam dedisse. Quem sensum si iuxtà eam expositionem, quæ per accomodationē dicitur, exprimāt non repugno, idq; mihi facilè persuadeo (de Nouarino præsertim quoniam ad locupletandas conciones hoc cum

Aloysius Nouar.

Quo sensu accipiēdū.

scripsisse arbitror) sin autem hunc esse verum, & literalē, & germanum horum verborum sensum, quod existimasse vester Pater Didacus, asserant, eis non assentior.

In primis.n.nō fuisse apud Hebręos vini vsū interdictū mulierib⁹, nec ab eius potatione eas se abstinuisse ex multis sacrę scripturę locis colligi potest Iudic. 13. Prædicens Angelus matri Sansonis eius conceptionem, & partum *Caue ergo* (ait) *ne bibas vinum &c. quia concipies, & paries filiū, cuius non tanget caput nouacula, erit .n. Nazaræus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero n.* 4. dum ergo præcipit à vino mulierem abstinere argumento est consueuisse eam vinum potare. 2. 1. Reg. 1. 14. Heli existimauit Annam temulentam, eamq; repræhendens dixit *Digere paulisper vinum, quo mades*. Non autem tam facile in hanc cogitationem descendisset Pontifex, cum præsertim S. Chris. eum à temeritate Iudicij excuset, si mulieres vini abstinentiam profiterentur, nec de temulentia tantum, sed etiam de vini potu eam repræhendisset 3. Prou. 9. Dicitur sapientia miscuisse vinum, & proposuisse mensam: Cum autem hic de sapientia tanquam de matrona quadam nobili, & summè honesta sit sermo, si fœminis vinum prohibitū fuisset, indecore induceretur ipsa vinum miscens. 4. de filiabus Iob dicitur, quod vinum bibebant in domo fratrum suorum Iob. 1. 13. de Vxore Vriæ sub ouiculæ parabola dixit Natham ad Dauid 2. Reg. 12. 3. quod de calice eius bibebat. At nulli dubium esse potest Vriam vinum bibisse, nam paulo ante eum inebriauerat Rex 2. Reg. 11. 13.

Hebræas fœminas à vino non abstinuisse.

Iudic. 13. 4.

1. Reg. 1. 14.

Prou. 9. 2.

Iob. 1. 13.

2. Reg. 12. 3.

3 Sed quæ Holofernis caput præcidit, hic quoq; omnē dubitationem amputabit. Hęc .n. pulcherrima, atq; castissima vidua, & heroina in Assyriorum castra progrediēs, imposuit suę Abrę ascopam vini, vt inde apud Assyrios existens biberet. Quem locum explicans idem à Cellada sententiam suam retractasse videtur, certè non poterat magis aduotum meum eloqui, ait .n. *Tametsi apud Europęas fœminas vetitus & suspectus sit, vel moderatus vini vsus non sic erat insolens apud Asiaticas matronas. De Didone, quę oriunda*

Iudith vidua nō abstinua.

fuit

fuit ab Vrbe Tyro Tyrus autem confinis erat Iudeæ) *sic pangit Maro 1. Aen.*

Primaque libato summo tenus attigit ore.

Idest vina libauit Regina Dido etiam cum in conuiuio ambibat Aeneæ regias nuptias, de quo plura ibi Seruius, & Cerda noster. Et in cantico canticorum non exhorret vini pocula diu compta, & sumptuose pulchra sponsa etiam cum impensius placere studet regio sponso cant. 1. v. 2. Meliora sunt vbera tua vino. *Plane vinũ gustauerat quæ ad similem saporem agnoscit, & cap. 2. u. 4. Introduxit me Rex in cellam vinariam et sæpè in canticorum libro saltuatim fit vini mentio verosimile autem non est, vina fastidire, in cuius ore toties vini gustus inuenitur: Neque nauseat ad vini gustum quæ tanti æstimat introduci in vini cellariam; & licet abstrusiorem aliquem, & mysticum sensum Cantica hæc abscondant; at in cortice non vsurparentur res, & verba, quæ aliena forent à communi matronarum consuetudine. Quod etiam fieri solet in parabolis, quæ iuxtà vulgarem rerum, & verborum regionis consuetudinem texi solent, vt aduertunt Parabolarum, & Prouerbiorum interpretes.*

Cant. 1. 2.

Cant. 2. 4.

4 Vlterius progreditur S. Bernardus hom. 7. in Cant. tantum n. abest, vt existimet sponsam his declarare verbis à vino se abhorrere, vt dicat, non nisi ebriam in hæc verba prorupisse, etenim sic loquitur: *Quid. n.? Respicit terram, & facit eam tremere, & ista se ab eo postulat osculari? Ebria ne est? Ebria prorsus & fortè tunc cum ad dilecta prorupit, exierat de cella vinaria, quo se nimirum introductam postmodum gloriatur.* Cui subscribit Gaspar Sanctius in cap. 2. u. 4. cuius verba excurs. sequenti adducemus.

S. Bernar.

Cantico- rũ sponsa ebria.

Gaspar Sanctius.

Duplex effugium tamen sibi præparasse videtur Pater Didacus, nam supracitatò §. 17. in cap. 1. Obijciens sibi hanc sponsæ introductionem in cellam vinariam dicit. *Porro si vina gustare fas non est sponsæ quare inducitur in vinorum regiam apothecam? Vis scire quare? Vt sponsa uini potationes plus recuset in tanta s. uinorum abundantia. Ingenij plenum est hoc à sponso commentum, vt si forte sponsa aliqua tenebatur appetentia uini s. uoluptatum, introgressa in cellam uinariam, uoluptatis*

Abundantia, an contemptum parit.

luptatis

luptatis vino propius viso & odorato fastidiat vina. Nam abundantia in se ipsa contumeliosa est; sed iocari crediderim non serio loqui virum hunc eruditum: Non .n. abundantia nauseam, & fastidium parit, nisi postquam ad satietatem quis ea potitus est, iuxtà quod ait Boetius lib. 3. de cōsol. pros. 7. *Quid de corporeis voluptatibus loquar, quarum plena est SATIETAS pœnitentia?* En satietas pœnitentiam, & fastidium parit, non abundantia tantum, sicuti & ad populum Hebræum carnes postulantem dixit ex mandato Domini Moyses num. 11. 18. *Vt det nobis carnes & comedatis non uno die, nec duobus, uel quinque, aut decem, nec uiginti quidem, sed usque ad mensem dierum, donec EXEAT PER NARES VESTRAS, & vertatur in nauseam*; alioqui mittatur ebriosus, aut sitiens in apothecam vinariam, paretur mensa exquisitissimis ferculis redundans coram esuriente, & apparebit an visa solummodo abundantia eos à potatione, & comestione deterreat, an potius ad bibendum, & aduescendum alliciat. Nonne Monicæ S. Augustini matris sanctissimę, & honestissimæ exemplum habemus? Audiamus filium de matre loquentem lib. 9. Confess. cap. 8. *Cum de more tanquam puella iuberetur à parentibus de cuppa vinum depromere, submisso poculo, qua desuper patet priusquam in laguncula in funderet merum, primoribus labris sorbebat exiguum, quia non poterat amplius, sensu recusante. Itaque ad illud modicum quotidiana modica addendo quoniam qui modica spernit paulatim decidet, in eam consuetudinem lapsa erat, ut prope iam plenos mero caliculos inhianter hauriret.* Videat igitur lector, an abundantia contemptum pariat, an vero appetitum excitet, & sensu etiam recusante, ad illius saltem experimentum alliciat.

Boetius.

Num. 11. 18.

S. Monica exemplum.

5 Alterum effugium innuit Pater à Celada sermonem scilicet esse non de materiali vino, sed de metaphorico, voluptate .s. sed facilè hoc quoque eliditur, quoniam osculo immunitas à voluptatibus examinari non potest, sed abstinentia tantum à vino, cuius odor ab oris halitu proderetur.

Expositio de vino metaphorico improbatur

Præ-

Præterea, vel vt meribibula accusabatur sponsa, vel à nemine ei crimen hoc obiectum fuerat, si nemo accusauerat, imprudenter examinationem petit, & defensionem parat, si crimen ei obiectum fuit, admonendi erant de hoc auditores, ne extra chorum saltare sponsa videretur, & aerem frustra verberare opportuniusque fuisset à sodalibus ipsis præsentibus osculum exploratorium petere, non vero ab absente, à quo exhiberi non poterat.

Alia euadendi via obducitur.

EXCVRSIO VIII.

Euasio Alcasar de sensu spirituali.

1 EX fœcundissima illustrium virorum, & nunquam satis laudata societate Iesu prodit quoq; tanquam ex equo Troiano alius fortissimus Heros, & sacræ Scripturæ acutissimus interpres Ludouicus Alcasar, qui ab impudentia non posse iuxtà literam eximi sponsam dicentem sponso. *Osculetur me &c.* Probe cognoscens ad sensum spiritualem recurrit, & in comentario huius versus ait. *Erat quidem maxime conueniens hac audacia. Nam primum in carnali coniugio MANIFESTAM DESIDERII EXPRESSIONEM PROHIBET PVDOR; at in spirituali nihil magis pudicum; quam palam facere desiderium summa coniunctionis. Ex ipsa itaque loquendi ratione fit euidens de amore spirituali hic tractari. Nā alioqui vt sacra scriptura Salomonis sponsam liberius sponsi oscula postulantem ita celebraret, MINIME DECERET: Deinde ipsamet quæ repræsentatur, assumpta ab sponsa licentia vt dicat,* osculetur me osculo oris sui *nouitas, maxime fuit expediens ad significandum, quam Rex summus exhibuerat ingentem charitatis demonstrationem eiusmodi, vt sponsa & sui, & sponsi conditionis probe conscia prabuerit audaciam, qua talem instituerat sermonem.* Ingenue igitur, & laudabiliter fatetur hic auctor hanc

Ludouicus Alcasar.

tor hanc tam audatem osculi postulationem, si adhumanum sponsum dirigatur sermo, esse sponsæ minime decentem. Verissimè quoque asserit in amore spirituali, & erga cælestem sponsum nihil magis pudicum, quam palam facere desiderium summæ coniunctionis. Neque omni probabilitate caret hæc eius excusatio, est .n. multorum patrum, & aliorum quoque doctorum dictis, qui spiritaliter tantum hoc canticum intelligi volunt, vt excursione prima, & secunda vidimus, non parum consona. Non videtur tamen, ni fallor omnino satisfacere, cum difficultatē potius fugere, quam soluere appareat. Hac .n. explicatione, & excusatione admissa frustra in expedienda huius cantici litera laborabimus, cum nihil tam indecens in ea fingi possit, quod hoc clypeo tueri non sit in promptu.

Non omnino improbabilis.

2 Præterea apud eos quoque, qui spiritualem tantum sensum in hoc cantico admittunt, dubium non est in modum parabolę ipsum esse contextum. Nam & ipse Alcasar in primi versus explicatione paraphrastica inquit. *Illud est quod hic repræsentatur fœminam pastoralis exercitij, & eā summæ pudicitiæ cultricem &c.* at quomodo repræsentatur pudicitiæ summæ cultrix, si palam oscula, & amplexus impudenter efflagitans inducitur? Ad hæc, in parabolis decorum, & verisimilitudinem seruari quoque oportere omnibus est notum. Quare pulchrè aduertit S. Petrus Chrysologus ser. 99. in parabol. de grano sinapis, & de fermento ab vsu non recessisse Dominum, inquiens: *Res de vsu geritur. Vir in agro sinapis arborem serit, domi mulier fermentum procurat, & panes præparat alimonia, Quia virum foris expectat labor, intus mulierem domestica cura constrinxit.* Peculiariter autem in hoc .f. Cantico locum habere hanc regulam fatetur etiam Pater Didacus de Celada excurs. præcedenti n. 1. relatus.

Difficultates quas patitur.

Alcasar.

S. Petrus Chrysol.

Decorū in parabolis seruandū.

Sāctus quoq; Chris. vt supra excurs. 1. retulimus, multa docet in parabolis admisceri, quę in spirituali sensu explicanda non sunt, cum ad ornatum tantum, & decorum parabolæ concinnandum adiuncta fuerint, non ergo est in parabolis contemnendus decor.

3 Con-

3 Confirmatur, quoniam etsi verum est, quod S. Aug. & Greg. docuerunt actiones etiam prauas ad sacra mysteria adumbranda quandoque assumi, id in parabolis, quæ pro libito finguntur non videtur admittēdum, & quoties in eis aliquid repræhensione dignum narratur, apponitur quoque antidoti vice aut vituperatio, aut nota aliqua, per quam improbatum, & inuisum Deo illud ipsum agnoscitur, vt in parabola Villici appellatur ipse Villicus iniquitatis, & filius sæculi in parabola Zizaniorum, iubentur colligi Zizania, & igne comburi, in parabola operariorū, in qua inducuntur quidam murmurantes aduersus patrē familias, statim correptio eiusdem subiungitur. *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum*, & sic de cæteris. Cum ergo fateatur Alcasar indecens esse tam audacter sponsam à sponso osculum petere, oportuisset etiam inducere, aut sponsum, aut sponsæ sodales ipsam repræhendentes, ne crederemus hanc sponsæ impudentiam à Salomone approbari, aut si excusatione dignam ipsam sponsam existimabat ipse Rex sapientissimus hanc in medium, vel ab ipsa sponsa, vel ab alio afferri congruum erat. Dices se excusasse sponsam, dum dixit se in cellaria, siue in cellam vinariam à sponso introductam, quasi diceret se ebriam factam, atque à mente ablienatam in hæc verba prorupisse. Verum non tam hæc esset excusatio, quam noui criminis additio, cum ebriam fieri mulierē maximè dedeceat. Adde hæc non dici in sui excusationem à sponsa; cum non immediatè osculi petitioni ea subnectat, sed post alia nōnulla verba, vt quibus se trahi à sponso petit &c.

In parabolis vitia reprahendūtur.

Matth. 20. 15.

Ebrietatis excusatio est, sed noua accusatio.

4 Confirmatur secundo quoniam quamuis licitum sit vt diximus, in male gestis bonorum figuram introspicere, innoxium tamen non esset mala operari, vt significarentur bona, cum neq; vt bona eueniant, nedum vt significentur tantum, sint facienda mala, ergo neq; repræhensione carebit, qui verba mala in ore alicuius ad bona significanda ponit, ipse .n. mala approbare, & eorum autor esse videbitur, & neq; parabolicè est dicendum Deum aliquem

Mala non sunt facienda, vt eueniant bona.

M moucre

mouere ad mala siue efficienda, siue eloquenda; cum malorum auctor non sit cœleste Numen, cum igitur malum, & indecens sit puellam osculum palam postulare, non videtur admittendum id Deo autore fieri, aut repræsentari. Quapropter, & quia contra consuetudinem, & quia contra bonos mores, idest, & quia inuerisimilis, & quia indecens est talis osculi efflagitatio, non videtur neque in parabolis, licet fictis admittenda.

In parabolis an aliqua inuerisimilia.

Sed contra vtrumque membrum non desunt, dicet quis, exempla in S. Scriptura militantia. Quod .n. contra consuetudinem multa in parabolis fingantur, probatur primo ex parabola zizaniorum. Nam neque consueuerunt inimici zizania super triticum in agro inimici seminare, neque agricolæ sinunt vtraque crescere vsque ad messem, neque ante triticum zizania colligunt, & in fasciculos ad comburẽdum igni alligant. Secundo ex parabola Nathan de ouicula in sinu pauperis dormientem, & de pane illius comedente, & de calice bibente 3. in parabola Domini à nuptijs redeuntis, de quo dicitur, quod inueniens seruos vigilantes faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis Luc. 12. 37. vbi Maldonatus, *hoc quidem* inquit *fieri non solet*. Denique quid magis falsum, & inuerisimile, quam plantas ire, loqui, & regem sibi eligere? & hoc tamen parabolicè dicitur Iudicum. 9.

Matt. 13. 25.

2. Reg. 12. 3.

Luc. 12. 37.

Iudic. 9.

An indecora præcipiat Deus.

5. Quod verò decorum nedum in parabolis, sed neque in veris actionibus à Deo imperatis seruetur, probatur quia Isaias Profeta, & ex primatibus Ierusalem nudus iubetur incedere cap. 20. 2. & Ezechieli mãdatur, vt panem stercore pollutum comedat cap. 4. 12. & Osee iuxta præceptum Domini vxorem fornicariam ducit cap. 1. 2. & iterum cap. 3. diligere iubetur mulierem dilectam amico, & adulteram.

Isai. 20. 2.

Ezech. 4. 12

Ose. 1. 2. & cap. 3. 1

In parabolis assumpta.

Respondeo aliquid in parabolis fingi contra consuetos mores dummodo consequenter ad reliqua se habeat; neque sit omninò inuerisimile, & indecens non esse inconueniens, imò sæpè ità oportere fieri, vt & parabola sit elegan-

elegantior, & nouitate delectet, & ad aliquod insolitum significandum aptior.

Ad primum igitur exemplum resp. Nō esse inuerisimile ab inimico super seminari tritico zizania, cum nullam lædendi inimici artem, & occasionem prętermittere soleant homines, fuitque hoc inuentum ad explicandas Satanæ insidias aptissimum, quod etiam sinantur crescere zizania vsque ad messem, cum perfectè à tritico distingui, ac secerni nequeunt, est quoque admodum verisimile, quod verò prius colligantur zizania, vel triticum, parum refert, communiter quidem colliguntur simul quoniam modicum est zizaniorum in multo tritico, sed cum in parabola supponatur magnam esse zizaniorum copiam non incongrue præcipitur, vt ipsa zizania prius colligantur, cum præsertim zelus ministrorum ea colligere statim volentium, id exposcere videretur.

Zizaniorū parabolæ inuerisimilitudo defenditur.

6 Ad secundum exemplum de Ouicula. Resp. quæ de eius comestione, & potatione dicuntur, non esse proprie etiam in sensu historico intelligenda, sed ea phrasi summum Domini erga eam amorem, & curam declarari.

Et parabola Nathan de ouicula.

Ad tertium exemplum de domino seruis ministrante operæ pretium erit audire, quæ Maldonatus, qui contrarius videbatur hic proloquatur. Eius igitur verba sunt. *Hoc quidem fieri non solet, quemadmodum cætera, quæ supra narrauit, vt dominus ad nuptias eat &c. sed illa ideò Christus dixit quia fieri solebant, & debet parabola sumi ex rebus vsitatis hoc quia voluit significare Dominum tantam diligentibus, vigilantibus, atque paratis seruis gratiam habiturum, vt faciat illis, quod nemo dominorum seruis suis solet facere, vt ipsis discumbentibus seruiat. Habet etiam res non vsitata probabile decorum, vt dominus à nuptijs bene cœnatus rediens, & seruos suos vigilantes, sollicitos, & incœnatas inueniens cœnare iubeat, illisque ipse ministret, vt nuptialis gaudij participes faciat.* En quomodo hic doctissimus, ac prudentissimus autor rem inusitatam in parabolis admittat, videlicet ita vt probabile decorum seruetur.

Maldonatus.

Dominum ministrare seruis, an indecorum.

Non insuſitatum. Sherlogus tamen veſtig. 1. n. 51. hoc inuſitatum non fuiſſe contendit, & *Veriſimile eſt*, inquit, *Chriſtum alluſiſſe ſemper, aut ferè ſemper in huiuſcemodi comparationibus ad rem, quæ alicubi gentium (Nam comprehendebat ipſe vniuerſa) in more eſſet*. Affert deinde ad hunc morem comprobandum Athenæum lib. 14. di nano c. 17. ita loquentem. *At non ſaturnalium quidem ſolum diebus, in quibus mos eſt apud Romanos, vt familiaribus conuiuium exhibeant, IPSIQVE SERVORVM OFFICIO FVNGANTVR. Eſt autem Græca hæc conſuetudo Nam per Mercurialia hoc ipſum fit in Creta, velut teſtatus eſt Cariſtius in hiſtoricis commentarijs: Nam conuiuantibus SERVIS DOMINI SERVIVNT, atq; miniſtrant*. Sherlog. Athe. *Apud Romanos.* *Græcos.*

7 Accedit Macrobius lib. 1. Satur. cap. 12. vbi de mēſe Martio loquens ait. *Hoc menſe ſeruis menſas apponebant matronæ, vt domini ſaturnalibus, illæ ut principio anni ad promptum obſequium ſeruos inuitarent, hi quia gratiam perfecti operis exoluerent* Babylonij quoq; feſtum habebant, cui nomen Saccas quod diebus quinq; protendebatur, in quo ſerui imperabant dominis ſuis. Creſias lib. 2. ann. Perſicor. Simile omnino ius erat in feſto, quod Peloria appellabant Theſſali Vtraque autem reſponſio ſufficiens eſt, & nobis fauet. Macrob. *Babylonios.* *Perſas.* *Theſſalos.* Thom. dempſter. ad c. 12. lib. 4. Io: Roſ. Athen. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 22.

In fabula lignorum an decorū ſeruatum. Ad quartum exemplum de lignis regem eligentibus reſpondere poſse me non teneri ipſum defendere; quoniam à ſcriptura ſacra refertur quidem, ſed non tamquam à Spiritu ſancto dictatum, ſed vt ab homine excogitatum quare ab omni mendacio, & improbabilitate ipſum tueri, non eſt neceſſe, cum & conuitia in Chriſtum coniecta, quę falſiſſima erant, S. Scriptura referat. Sed ad hanc ſacram anchoram confugere non cogimur. Reſp. igitur narratiunculam illam de lignis non eſſe propriè parabolam, ſed apologum, in quo res ratione deſtitutę loqui finguntur, & decorū tunc dicitur in eo ſeruari; cum tales actiones, aut verba eis aſcribuntur, quæ ſi ratione vterentur probabile, & decorum eſſet, vt ab eis agerentur, & dicerentur.

8 Ad II-

8 Ad Illud de nuditate Isaiæ. Resp. non omnino nudum ambulasse per vrbem Isaiam, sed exstimam tantum vestem, quę cilicina erat, & prophetalis, deposuisse, quã explicationem multis sacræ scripturæ locis, & interpretum auctoritatibus probat in hunc locũ Gaspar Sanctius, hoc autem pacto incedere minùs quidem honorificum erat, at non omninò indecorum, præcipientem id præsertim ad magnam, & ignominiosam cladem præsignificandam Domino, neque contra id, quod in bellis euenire solet, iuxta illud Matt. 24. & qui *in agro est non reuertatur tollere tunicam suam* & illud Amos 2. 16. *& robustus corde inter fortes NVDVS FVGIET in illa die*.

Isaias an nudus indecore incesserit.

Gaspar Sanctius.

Matt. 24. 18.

Amos. 2. 16.

Ad illud de pane subcinericio Ezechielis. Respon. iussum non fuisse prophetam panem stercore fœdatum comedere, sed stercus siccum ad panem coquendum, lignorũ vice adhibere, quod in diuturna obsidione contingere nõ est mirum, quare nihil inuerisimile, aut indecorum peragere iussus est Propheta.

Qualem panem comederet Ezechiel.

Ad vltimum de Osea vxorem meretricem ducente, & adulteram diligente. Resp. contra morem amantium hoc non extitisse. Non paucis .n. etiam ex Regibus huiusmodi fœminas thalamis suis coniunxisse historiæ produnt, vt Amasiũ Regem Aegypti, qui Rhodopen. Demetrium Regem Macedoniæ, qui Lamiam. Iustinianum Imperatorem qui Theodoram, sicuti & in historia sacra Sansonem habemus sibi copulantem Dalidam, & Salomonem Rahab, quę meretrices appellantur, potestque cõtingere, vt laudabiliter fiat, laudandamque in hoc Oseæ obedientiam nemini fidelium dubium esse potest.

De Osea meretricem ducente.

Et pluribus quibusdã

9 At non his coloribus cohonestari potest osculi petitio à sponsa prolata; Erat primus color, vt quod præter morem euenisse dicebatur, esset ad reliqua consequens, videlicet talis descripta esset persona, tales adessent circonstantiæ, vt non tam à dicente excogitatum, quam ab ipsis rebus natum, quod inusitatum narratur, esse videretur; Sicuti quoniam Iouis filius, & supra quam dici potest for-

Osculi petitio an cohonestari potuit.

test fortissimus à Poetis Hercules describitur, consequenter opera humanas omnes vires excedentia ei tribuuntur; At verba illa *osculetur me &c.* à sponsa prolata, nulla præcedit personæ descriptio, nullę comitantur circunstantię, quę talem petitionem extorquere ab eius ore possent, non igitur consequenter se habent. Confirmatur, quia si describēda fuisset persona, cui tam audax postulatio tribueretur, non pudibunda Virgo, sed è medio lupanari impudentissimum scortum extrahendum, & producēdum erat, cum autem Salomonica sponsa summè pudica, & verecunda prædicetur, non consequenter hæc verba ei tribuūtur.

Non verisimilis.

Secūdus. Color erat verisimilitudo. Poetæ .n. nōn tam verum, quàm verisimile respiciunt, at quam versimile sit puellam in illa verba subitò, & coram alijs prorupisse ex iam dictis satis patet, sicuti etiam præter omne decorum hæc fingi.

An significatione excusetur.

10 Postremus remanet color, cui maximè fidere videtur Alcasar, significatio .s. Ad summum .n. repręsentādum spiritualem amorem, qui carnalem longè superat, adhibenda similitudo, quæ non intra limites communis amoris sisteret, sed consuetudinem omnium carnaliter amantium excederet fuisse videtur. Claudicat nihilominus hæc etiam excusatio, pallescit hic color. Primo quoniam ad summum amorem indicandum non tam verba, quam facta producenda erant, iuxta illud dilecti discipuli, *filioli non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate.* Educenda ergo erat in scenam sponsa, quæ pro illius sponsi salute vitam prodigeret, quæ muneribus ingentibus tentata fidem non proderet, quæ ab ipso derelicta, aut asperrimè habita non ipsum desereret, quæ parentes, patriam, & reliqua omnia pro ipsius amore contemneret, & id genus alia quibus tamquam lydio lapide probatur amor. At verba amatoria proferre infirmum, & fallax est amoris argumentum, iuxta ilud *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me.*

Summi Amoris vera argumēta.

1. Ioan. 3. 18.

Matt. 15.

Pręterea neque hæc verba *osculetur me osculo oris sui* summum

mum amorem indicant. Quænam enim sponsa à pulcherrimo sponso osculari non exoptaret? osculum ipsum non est amoris indubitatum pignus teste proditore Iuda, qui Magistrum exosculans occidendum eius persecutoribus tradidit, quomodo ergo ex osculi petitione tantum, amorem summum argumentabimur? impudentiam potius sūmam quam dilectionem postulantis eximiam asseremus.

An summus amor per illam petitionem indicetur.

Sed demus hinc summi amoris argumentum elici. Prudentis est non solum finem, sed etiam media, quibus is consequendus est, respicere, & ea eligere, quæ & apta sint magis, & paucioribus incommodis exposita; At hæc osculi efflagitatio ad hunc summum amorem indicandum est medium, nec valdè aptum, & multis obnoxium difficultatibus, vt vidimus, nec deerant alia media aptiora, nec ita spinis, & dumetis obsita, qualia fuissent actiones supra indicatæ, vel verba idem desiderium, sed verecundius significantia, ergo his potius Salomoni erat vtendum.

11 Vlterius, & fortius vrgeo, quoniam etiam in spirituali sensu, quem ipse Alcasar comminiscitur, indecens est, aut potius falsa hęc osculi postulatio, ergo totus ipsius discursus, & eius excusatio corruit. Probatur antecedens, quoniam amor spiritualis semper est cum humilitate, & reuerentia, & submissione coniunctus, & quo maior est amor profondior quoque est humilitas, nō ergo verisimile est, animam deum amantem eò processuram, vt audeat oris eius osculum etiam spiritualiter intellectum, tàm liberè expetere. Flagrabat, si quis alius, amore diuino S. Bern. & diuinæ benignitatis erga se plurima experimēta acceperat, neq; tamē oris osculū postulare audebat. Ipsemet fatetur ser. 3. in cant. De hoc. n. osculo loquens ait. *Minimè ergo id sibi arroget mei similis anima onerata peccatis, suæque adhuc carnis obnoxia passionibus, & infra non temere assurgat ad os serenissimi sponsi, sed ad pedes seuerissimi domini mecum pauida iaceat*, & rursus propè finem explicatis tribus generibus osculorum; Pedis, manus, & oris *Hec uia* inquit, *hic ordo prius ad pedes procedimus, & ploramus coram*

Et in amore spirituali indecens huiusmodi postulatio.

S. Bernar.

Osculi petitio etiam spiritualiter intellectu indecens.

S. Bernardus humilitas.

Domino

Domino, qui fecit nos ea, qua fecimus nos, secundo manum quærimus subleuantis, & roborantis genua dissoluta. Postremo cum ista multis precibus: & lachrymis obtinemus, tum demum audemus forsitan ad ipsum os gloriæ caput attollere (pauens, & tremens dico) non solum speculandum, sed etiam osculandum. Vide qua reuerentia, quo timore hoc oris osculum expetendũ esse doceat Sanctissimus hic pater, & quibus lachrymis, & precibus præuijs, quorum nihil præcessit in sponsa, quem præterea reperiemus Sanctorum, qui huiusmodi osculum à Deo petere ausus fuerit? Diuini amoris pignora plurima receperat Abraham, nunquam tamen ab eo oris osculum petijt, imò tremens dicebat; *loquar ad Dominum meum cum sim puluis, & cinis.*

Sen. 18. 27.

Pulchrè autem notat S. Greg. Magnus lib. 10. moral. cap. 27. tunc ab eo hæc fuisse verba prolata, cum alloquio diuino, & eo per quã familiari dignus est habitus. *Nusquã quippe* (S. Greg. loquitur) *legitur, quod Abraham cinerem, & puluerem se esse professus est, nisi cum habere Dei meruit collocutionem.* Vt discas quo maioribus Dei blanditijs perfruũtur Sancti, eo demissius, & humilius eos & de seipsis sentire, & cum Deo colloqui: familiariter valdè cum Deo versabatur quoque, & ore ad os cum eo loquebatur Moyses, non tamen ab eo osculum petere ausus fuit, & vix, vt faciem suam ei ostenderet, humiliter est precatus.

S. Gregor.

12 Quid de Maria, & Martha sororibus apud quas frequenter, & familiariter Christus Dominus hospitabatur, eloquar? Quis earum modestiam, & verecundiam non commendet, quę vt S. Augustinus notat, cum earum frater Lazarus infirmaretur, ad Dominum mittentes *non ausæ sunt dicere.* Veni, & sana. *Non ausæ sunt dicere*, ibi iube, & hic fiet. Quarum verecundiã commendans quoq; Beatus Bern. gradu 12. superbiæ eas alloquitur, & ait: *O sanctæ mulieres, Christi familiares, si fratrem uestrum amatis, cur eius misericordiam non flagitatis? de cuius potentia dubitare pietate diffidere non potestis? Respondent sic melius tamquam non orantes oramus, sic efficacius tanquam diffidentes cõfidimus,* & paulo

Marta, & Maria verecundia.

S. Aug.

B. Bernar.

& paulo post *sufficit nobis potentia locum, pietati dedisse occasionem malentes expectare quid velit, quam impudenter quærere, quod forsitan nolis. Deniq; quod nostris meritis deest, VERECVNDIA FORTASSE SVPPLEBIT.* Hæc S.Bern. à quo non abit S.Ambros. lib.5. de off. cap.18.

Sed longè efficacius, & præstantius etiam in B.V. Dei Genetrice habemus exemplum, quę & Angelos dignitate, & sanctitate superans, & materna auctoritate pollens, nonnisi summa cum submissione, & verecundia, à filio, quem sui amantissimum sciebat, quicquam flagitauit vmquam, quod loculenter quoque mellifluus doctor expendit, cuius dulcissima non sunt omittenda verba. *DISCE*, inquit ille loco supracitato, *& in matre Domini magnam in mirabilibus fidem habere, in magna fide VERECVNDIAM retinere. Disce verecundia decorare fidem, reprimere præsũptionem. Vinum*, inquit, non habent. *Quam breuiter, quam reuerenter suggessit, vndè piè fuit sollicita, & vt discas in huiusmodi magis piè gemere, quam petere præsumptuosè, pietatis æstum pudoris temperans vmbra, conceptam precis fiduciam verecundè suppressit. Non frontosè accessit, non palam locuta est, vt audacter coram omnibus diceret Obsecro fili &c.* eiusdem verecundiam in serm. de verbis Apoc. laudat, eamque verecundissimam appellat. At si audax petitio fuisset, quam obsecrationis verbum præcessisset; Quid de ea, quam nullũ submissionis signum præiret, dicendum erit? Si nimium audax mater fuisset, filio dicens, fiat ex aqua vinum, Quid de puella illis verbis *Osculetur me osculo oris sui* sponsum interpellante cogitãdum erit? Quisue eam nimiæ præsumptionis, & inuerecundiæ non accusabit?

B.V.Maria verecũdia.

S. Bernar.

Quis igitur pręcibus verecundiam non admisceat, cum nemo sit, qui de suis meritis præsumere queat, quando, & qui omnia seruauerit præcepta, inutilem se seruum fateri teneatur? Non ergo ad animarum Sanctarum amorem, tam humilem, tam reuerentem, tam verecundum significandum, introducenda erat puella, siue sponsa, quæ tam liberè, tam audacter, tam impudenter à sponso oris osculum expeteret.

13. At inquit Alcasar, *conueniens fuit hæc sponsa audacia vt euidens fieret de amore spirituali hic tractari.* Verum ad hūc finem neque necessariam, neque conuenientem, neque sufficientem fuisse hanc audaciam audacter affirmo. Necessarium non fuisse nemo sanæ mentis inficiabitur. Infinitæ .n. sapientiæ diuinæ, neque verba, neque modi, quibus sermonem esse significaretur de amore spirituali, deesse poterant. Nam alibi sæpè in sacris literis de spirituali amore, & de nuptijs spiritualibus agitur, vt in psal. 44. 7. & in Apoc. 19. neque tamen vt ab amore carnali secernerentur, similis audacia introducta fuit.

Alcasar.

Sponsa audacia an necessaria.

Conuenientem quoque non fuisse probatur. Primum quod in se intrinsecè est inconueniens, non per aliquod extrinsecum ab eo significatum fit conueniens, alioqui adulterium Dauidis conueniens fuisset quoniam per ipsum coniunctio Christi cū Ecclesia gentium teste S. Gregorio significata fuit. Audacia autem hæc, vt ipse Alcasar fatetur, in seipsa est indecens, & inconueniens, ergo non ex eo, quod per ipsam amoris spiritualis qualitas significatur redditur conueniens.

An conueniens.

2. Vel proponitur hæc audacia, vt figura, & similitudo spiritualis amoris, vel non, Si affirmes inconuenienter ad aliquod summè pudicum declarandum, id quod impudicum est sine necessitate assumitur, & indissimili similitudo fundatur; si neges, otiosè igitur narratur, nam ratione sui non est narratu digna, neque ad aliud significandum refertur.

An figura spiritualis amoris.

14 Dices nō esse nouum in diuina scriptura sacra mysteria (qualis est spiritualis amoris vehemētia) malis operibus significari, ad eum præcipuè finem, vt intelligamus Deum etiam de malis benefacere. Præterea iam à me concessum fuit in parabolis quædam narrari, quæ ne in sensu quidem historico accipienda sunt, quid igitur obstat hoc idem affirmari de hac osculi petitione, quę indecora videtur? Ad primum Respondeo me quoque admisisse malis hominum operibus bona ac sacra mysteria interdū significari.

Obiectio.

Solutio.

ficari. At Deum aliquid mali efficere ad aliquod bonum significandum, qui assereret, blasphemus esset. Cum ergo horũ verborũ *osculetur me &c.* auctor sit Spiritus Sãctus qui est Deus, non est dicendum, admitti posse mala esse, quoniam per ea aliquid boni significatur, hic.n. cõtra Alcasar argumẽtamur, qui non admittit rem gestam in cantico narrari, sed ipsius amoris diuini vult esse symbolicum sermonem.

Instabis in Villici parabola ipsius iniquitas assumitur ad figurandam iustorum liberalitatem, & sapientiã, ergo hic quoque impudentia sponsæ ad animæ Sanctę amorem significandum assumi poterit. Respondeo Villici iniquitatem non assumi vt figuram, aut symbolum liberalitatis Sanctorum, sed afferri tamquam exemplũ prauorum hominum, ex quo argumentatur Christus quid à nobis fieri debeat. At in hoc sacro Cantico, sponsa, quæ inducitur, figura est, & symbolum Ecclesiæ, aut alterius sponsæ Dei. Preterea vt supra notauimus Villici iniquitas declaratur ne quis crederet à Domino probari. At in Cantico Canticorum sponsæ impudentia non repræhenditur.

Villici exemplum non satisfacit.

15 Ad secundum respõdeo Admitti quædam in parabolis, quæ neque in sensu historico sunt accipienda, quia ad parabolæ tantum ornatum, & decorum deseruiunt, At puellæ impudentia, de qua nos loquimur, tantum abest vt decori deseruiant, vt sit maximè indecens, vt probauimus.

3 Si verbis proprijs amorem spiritualem describeremus, impudicis nequaquam vti deberemus, ergo non minus cum verbis metaphoricis idem præstamus. Ratio est, quoniam in his maius adest periculum, vt in sensu quem ipsa verba præseferunt animus conquiescat. At qui in sẽsu proprio fatetur. Alcasar hæc verba *osculetur me &c.* impudicitiam præseferre, ergò non eis ad spiritualem amorem significandum conuenienter vsus fuisset Salom. Confirmatur quoniam ab Ecclesia prohibita sunt tanquam contra bonos mores enigmata quædam quorum sensus

Impudicis verbis nũquam vti decet.

Aenigmata spiritui tantum impudica prohibita.

verus honestissimus quidem erat, sed aliquid tamen impudicum externa specie præseferebant.

Falso non probatur veritas.

4 Qui aliquid persuadere vult, non adhibet exemplum falsum, vel verisimile, sed verum, & credibile. Cum igitur Salomon persuadere nobis vellet amorem summum inter Christum, & Ecclesiam, inconuenienter hanc sponsæ audaciam, quæ inuerisimilis est, & falsa in exemplum adduxisset.

Sensus spiritualis an occultus.

5 Vel optabat Salomon euidens esse de amore spirituali se loqui; vel occultum esse volebat, si primum longè clarius cū loqui oportebat, per illa .n. verba *osculetur &c.* non fit euidens sermonem esse de amore spirituali alioqui non tam multi de carnali amore ea intellexissent; si occultum esse malebat, probabilius operculum, & integumentum adhibere opus erat ne in superficie oculi lectorū detinerentur. Dices neque omnino occultum neque omnino clarum amauisse. Atqui ne scandalizarentur hi, quibus occultum futurum erat, nihil quod impudicitiam, vel impudentiam præseferret, describendum ei erat.

Audacia sponsæ inutilis.

6 Vel supponimus hoc canticum esse Scripturam sacram vel non supponimus; si primum, non opus erat hac indecēti audacia, vt intelligeremus tractari in eo de amore spirituali, si non supponimus, vt id crederemus hæc audacia nec cogebat, nec suadebat: in humana .n. scriptura aliquid inuerisimilè, aut falsū, aut indecens cōtineri nec mirum, nec nouum, quare ex ea indecenti audacia, humanum esse canticum, potius quam diuinum concludendum videretur.

Insufficiens.

16 Non fuisse quoque hanc audaciam medium sufficiens ad declarandum hic tractari de amore spirituali patet, quoniam nec est impossibilis, nec ingenij humani vires excedit, vt ab aliquo Poeta fingi non possit in amore carnali.

Præterea si ob indecentem hanc audaciam ad sensum allegoricum recurrendum erit, cur non potius per hanc impudentem postulationem concupiscentiam carnis, aut

aliam

aliam vitiosam appetitionem, quam spiritualem amorem intelligemus? facilius.n. & aptius improbum aliqud per malam rem, quā probum significatur, sicuti per illam procacem mulierem, quæ sermonibus, & blanditijs irretiuit iuuenem Prou. 7. 21. non desunt, qui concupiscentiam carnis, siuè voluptatem intelligant, qui verò per eam aliquid boni significari credat, nemō est.

Inepta.

Prou. 7. 21

Afferebat Alcasar expedientem fuisse hanc audaciam ad significandum ingentem, quam Rex exhibuerat charitatis demōstrationem. Verum iam nos ostendimus iustorum animas quo magis, se à Deo diligi intelligūt, eo submissiores spiritus concipere de se ipsis humilius sentire, maiorique reuerentia Deum alloqui.

Præterea neque expediens fuisse ad summam, & summe laudabilem confidentiam (audaciam.n. appellare non audeo) quam de Dei benignitate animæ ab eo dilectę cōcipiunt, significandam, indecentem, & illaudabilem audaciam puellarē assumere sicuti.n. optabilius est a laudatò quàm ab illaudato viro laudari, ità laudabilem virtutem per laudatam actionem, quam per illaudatam reprę̨sentari longè melius, & opportunius videtur. Et sicuti, qui Deum impensè amant, cuiusque summi amoris erga se ingētia pignora tenent, de ipsius quidem liberalitate magna præsumunt, sed eum quoque timere, & summè reuereri non desinunt, ità congruum erat in eorum typo, & figura non simplicem audaciam, sed nonnulla saltem reuerentia, & humilitate temperatam repræsentari. Quare ni fallor, neque per hanc acutissimi Alcasar excusationem sufficienter euacuata videtur difficultas de nimis audaci postulatione sponsæ in illis verbis. *Osculetur me osculo oris sui.*

Non laudabiliter inducta.

Postre-

Postremum perfugium intutum ostenditur.

EXCVRSIO VIIII.

Amoris ebrietas an excuset audaciam.

1 CVM aduersariorum Achille nunc est conserenda manus. Potissima eorum ratio, qua sponsam tutantur aggredienda. In aciem eduxit eam dux fortissimus S. Bernardus. Nam vt paulò ante retulimus Ebrietati hanc tantam sponsae audaciam acceptam ferebat. Ebrietati inquam non ex Bacchi liquore, sed ex sponsi amore profectæ. Dicebat .n. vir Sanctus. *Amat ardenter, quae ità proprio ebriatur amore, vt maiestatem non cogitet. Quid enim? Respicit terram, & facit eam tremere, & ista se ab eo postulat osculari? Ebria ac. Ebria prorsus; & forte tunc, cum ad ista prorupit exierat de cella vinaria, qua se nimirum introductam postmodum gloriatur*, & infra. *O quantum amoris ius, quanta in spiritu libertatis fiducia.*

S.Ber.Ser. 7.in Cant.

Psal. 103. 32.

Amantes ebrij.

Neque nouum est ebrium appellari amantem; Apud Ath.lib.1. Plato in Charneade Socratem inducit ebrium amore. Pausanias in Atticis de Anacreonte Teio, qui primus post Lesbaam Sapho magnam carminum suorum partem in exprimendis amoribus consumpsit loquens. *Habitus eius*, inquit, *est veluti hominis per ebrietatem cantantis.* Vini autem ebrietatem, cum ea quam inducit amor pulchre connectit Ouidius lib. 12. metam canens:

Ath.

Pausanias

> *Quam vino pectus, tam Virgine visa*
> *Ardet & EBRIETAS geminata libidine regnat.*

Et longè antea sermo diuinus Os. 4. 11. *Fornicatio, & vinũ & ebrietas auferunt cor,* vbi notam similitudinis sub intelligit Sanctius vt sit sensus, sicut vinum, & ebrietas auferũt cor, ita etiam fornicatio, ad quam amoris insani vi pelliciuntur homines, neque solus alienæ mulieris amor inebriat,

Os. 4. 11.

briat, sed etiam propriç vxoris, sicuti & sui dolij vino non minus quam alterius inebriari quis potest. Ad hanc quoque amoris ebrietatem, non semel aspexit Maro, eius n. initium aperiens in Didone Aen. p. ait.

Maro.

Infelix Dido longumque bibebat amorem.

& de eadem amore iam nimio succensa Aened. 4.

Totamque incensa per vrbem.
Bacchatur.

2 Ebrietatem porrò rectè definiebat Seneca epist. 84. nihil aliud esse, quam voluntariam insaniam *extende* aiebat, *in plures dies illum ebrium habitum, nunquid de furore dubitabis?* Sed cum multæ sint furoris species maxima est (teste Platone in Phædro, qui tres alias enumerat) qua occupantur, & agitantur amantes. Cum igitur amore ebriam fecisse sponsam fateatur S. Bern. quid mirum in illam osculi expetitionem, quæ cœteroqui impudens, atque indecens videri poterat ipsam prorupisse?

Seneca. *Ebrietas insania species.* Plato. *Amor maximus furor.* S. Bernar.

Concinit P. Gaspar Sanctius in c. 1. Cant. v. 4. his verbis *Audacter sponsa, & præter VIRGINALEM PVDOREM dixisse supra videri poterat expetere se sponsi oscula, & illum esse sibi pro nardo, & botro Cypri quem inter vbera habituram se dixerat Id iam filiabus Ierusalem, non solum excusare, sed etiam probare vult. Rationem ergo illius, quæ videri poterat intẽperantia. iam reddit, quia in cellam vinariam à Rege suo introducta est vbi haustu suauissimo, atque violentissimo poculo, vix ab amoris imperio obtinere potuerit, quominus in eas voces, atque affectum erumperet.*

Gasp. Sãct.

Scitè Amori imperium assignat. Dominatur. n. & imperat amantibus, quocunque vult, impellit, quæcunq; iubet operari cogit, & quid non iubet, ad quæ non cogit?

Amor imperat.

Improbe amor quid non mortalia pectora cogis?

merito cecinit Maro, cui Accinit Tibullus lib. 1. Eleg. 6. inquiens.

Maro ten. 4. Tibull.

Iussit amor contra quis ferat arma Deus?

Infirmum certè scutum videtur Pudor, & decorum, & sapientia, & virtus contra eius vires. Nam vbi amor regnat, ait

Omnia vincit.

ait Anacreon. *Nulla est ratio generis sapientia, & virtus iacent.* Nec abnuit S. Petrus Chrysol. ser. 147. ita amoris vim extollens. *Quid erit quid debeat, quid possit, non respicit ius Amoris. Amor ignorat iudicium, ratione caret, modū nescit. Amor non accipit de impossibilitate solatium, nec recipit de difficultate remedium, Amor nisi ad desiderata peruaserit, necat amantem, & ideo vadit, quò ducitur, non quò debeat.* Neque minus eleganter oro mellifluo S. Bernardus serm. 9. in Cant. Sponsam inducit loquentem, & se his verbis excusantem. *Ne quaso causemini prasumptionem, vbi affectio vrget. PVDOR sanè reclamat, sed SVPERAT AMOR. Nec ignoro, quod honor regis iudicium diligit, sed praceps amor nec iudicium prastolatur, nec consilio temperatur, NEC PVDORE FROENATVR, nec rationi subijcitur Rogo, supplico, flagito* Osculetur me osculo oris sui &c.

Anacreō.

S. Petrus Chrysol.

S. Bern.

Quamuis ergo in fœminis maximas habet vires pudor, amori tamen vehementi cedit. Hinc Didonis amori non obstat apud Maronem fama, aut pudor, vt ipsamet fatetur Aen. 4.

Te propter eundem
EXTINCTVS PVDOR, & qua sola sydera adibam
fama prior.

& antea ore proprio Poeta.

Amori fama, & Pudor cedūt.

Nec famam obstare FVRORI.

Cum.n. si ebrietas quædam, vt diximus, quis nescit non erubescere, nec aliquo pudore ebrios teneri; *Dic* (Lucillo suo scribebat Seneca ep. 84) *quam multa ebrij faciant, quibus sobrij erubescant.* Et paulo infra. *Omne vitium ebrietas & incendit, & detegit, obstantem malis conatibus VERECVNDIAM REMOVET. Vbi possedit animum, nimia vis vini quicquid latebat, emergit.* Hinc apud Ouidium quædam amorem suū detegens dicit.

Seneca.

Miserere fatentis amorem.
Et non fassiua, nisi cogeret vltimus ardor

Et supra eodem libro. *Poteris ne loqui, poteris ne fateri?*
Cogit amor potero.

Deniq.

Denique idem Amorum magister, *quid deceat*, inquit, *non uidet vllus amans*, & alius quidam in nostro idiomate.

La vergogna ritien debile amore
Ma debil freno è di potente amore.

Hinc puer pingitur Amor. *Vnde Puer? Pueros quod facit ille Senes*, vt quidam cecinit. Cæcus etiam fingitur, nec tãtum cæcus, sed etiam delirus ex Theocrito Idd. 10. & Prop. 2. Elig.

Puer. *Cæcus.* Theocrit.

Scilicet insano nemo in amore videt, neque mirum pudorem Virgineum ab amore vinci, qui omnia vincere dicitur. Nihil .n. est apud prophanos autores ac præcipuè poetas frequentius, quam omnia etiam deos ipsos ab amore vinci, sic Ouidius.

Delirus. *Amoris pot.*

Quidquid amor iussit, non est contemnere tutum
Regnat, & in dominos ius habet ille DEOS.

Lud. Cerd in lib. 4. ren.

Et ipsius cupidinis statuæ subscriptum refert Cerda in p. Aen.

Sol calet igne meo, flagrat Neptunus in vndis
Pensa dedi Alcidæ Bacchum seruire coegi

Comes Natalis.

Pulchrum quoque Philippi Poetæ Græci epigramma refert Comes Natalis lib. 4. c. 14. eiusdem amores victorias de Dijs enarrans quod incipit.

Exuuijs superum læti decorantur amores
Alta quibus Cæli est iam spoliata domus.

Amor de deo triumphat. S. Bern.

Nil mirum autem hoc de falsis numinibus dici, cum de vero, & omnipotenti Deo ipsum amorem triumphare S. Bern. asserat ser. 64. in Cant, ità inquit. *Amor dignitatis nescius dignatione diues affectu potens, suasu efficax. Quid violentius? TRIVMPHAT DE DEO AMOR.*

Sponsa extra se rapta. loquebatur. Michale. Ghisl.

5 Additur excusationi, quod non amore tantum correpta sponsa sed etiam extra se ferè rapta dicitur, & deliquiũ passa, sic ferè neoterici omnes interpretes Pater Michael Ghislerius paraphrasticè explicans hæc verba *Animo meo* inquit, *spiritu meo destituta sum, langueo certe, & langueo maximo languore; haud tamen existimetis, me corporeo morbo languere, vti per istius modi vina, per huiusmodi vnguenta opẽ*

ferre nitemini, Amore langueo cui vnicum tantum id superest remedij, si quis meum habet animum qui meum seruat spiritum, ipse mihi illum per suauissima sua restituat oscula; Assentitur Pater Sanctius cuius verba sunt *O filiæ Ierusalem, ne quæso existimetis, aut verbis leuare posse dolorem meum aut vnguentis renouari (reuocari crederem ab ipso scriptum) languentem animũ id vnum præstare posset dilectus meus, cuius desiderio langueo, si modo ab eius ore vnũ aut alterum osculum libare contingat* Adauget languorẽ P. Sher. & inquit *recens amor efferuescit spirituque & viribus priuat, exanimem pœne famulæ attollunt, vino, & odoribus confortant; paulùlum melior facta vt loqui potuit significauit debilia... remedia modo incolumem videre cupiãt, sponsum reuocandum esse &c.* Ita etiam Legionensis, & alij.

Gaspar Sanctius. P. Sherl. Leg.

satisfacit excusatio. Attamen si liceat mihi inter tot olores tamquam anseri obstrepere (misso D. Bern. qui de ebrietate spiritus, & iuxta spiritualem sensum, quem modo non excutimus tantum loquitur) quo ad sensum historicum non mihi satisfacit hæc excusatio, nec videtur admodum consequenter & verisimiliter conficta. Primum .n. non video, cur alloquentem sodales aut famulas inducãt sponsam, cum eius verba ad sponsum sint directa, vt ex illis liquet. *Quia meliora sunt vbera tua vino*, exaninem quoque hæc verba proferre fingi, valdè importunum mihi videtur. Nam extra domum in via, siuè in platea hoc illi contigisse fatendum erit; hæc .n. loca scena repræsentat, cur igitur domi potius detenta non est? aut si deliquium foris de repente est passa, domum non statim reducta, vt fieri solet, sed ibidẽ adhuc multa loquens perstitit? Amplius, quomodo negãt illi languenti profuisse vinum, & odoramenta, & hæc cum omnibus alijs pharmacis ab ea reiecta; cum ipsa infra hæc ipsa remedia languori suo postulet dicens *fulcite me floribus stipate me malis, quia amore langueo?*

Cant. 1. 2.

Salomone insipidum Poetam fingunt. 6. Præterea quam inelegantem, & insipidum Poetam credunt Salomonem, qui nec proemio vtatur, nec in prima scena beneuolos aut dociles, nec attentos faciat auditores, sed intellectu difficilima, nec vlla verisimilitudinẽ decorata

Cant. 2. 5

decorata statim proponat sed cardinem ipsum arietemus. Aiunt amore ebriam, & ferè exanimem hęc protulisse spõsam. Volunt ne ratione omnino fuisse destitutam, an adhuc sana mente præditam? Si primum, furiosam igitur, & dementem audiuimus, neque consideratione digna sunt eius verba, neque hoc pacto ab impudentia excusari potest. Nam alienati mente ea proferre, quæ prius cogitauerant, solent, & sicuti sponsa, quia sibi constans amabat extra se rapta amatoria loquitur, ita si pudibunda fuisset, vt decebat, pudori Virgineo, repugnantia elocuta non esset? Ad hæc cum spiritualis sensus in materiali fundetur, & ex huius visceribus ille eruatur, mutuo sibi responderе debent, veluti citharæ ita dispositæ, & sibi conuenientes, vt altera pulsata altera resonet. At qui in sensu spirituali amans, aut sui compos est aut si extra se rapiatur, nunquam in verba repræhensione digna, & quæ à vigilãte, & sui compote dici non deceret, erumpit, Ergo neque in sensu materiali admittendum est amentem extra se raptam in verba, quæ sui compotem non decerent, prorupisse.

Ebrietatis excusatio repellitur.

Ebrij quæ prius cogitarunt offerre solent.

Si autẽ asserant non fuisse eam rationis, & libertatis expertem; fateantur necesse est, potuisse eam, ac debuisse ori suo frœnũ imponere, nec ea loqui, quæ pudorẽ dedecerent. Si .n. semel admittamus amoris vi, & abundantia quælibet verba prolata repræhensione carere, ad quaslibet etiam actiones amore suadente perpetrandas sternetur facillima via.

Amoris quoque nõ admittitur excusatio.

7 Occures, de amoris ebrietate sermo est, in qua micare solent præclara ingenij lumina; proinde scena ab ea abhorrere non solet, sed eam potius studiosè affectare: Aliud verò est in eiusmodi ebrietate aliquid inhonestum appetere, vel etiam admittere, quorum neutrum culpa, & reprehensione vacat aliud vero affectum, alioqui honestũ palam profiteri, cui huiusmodi ebrietas veniam impetrat. Etsi eiusmodi affectatio osculi sponso nondum præsente, solis familiaribus, & pedisse quis detegatur, nec

A scena hanc impudentiam non excusari.

improbabilis est, nec indecora. Atqui subijcio, ego si neque improbabilis est, neque indecora, cur neque in historijs legitur, neque in fabulis fingitur huiusmodi osculi postulatio? Nunquid probabile, aut verosimile iudicari poterit, quod neque factitatum, neque alicui vnquam in mentem venit? At scenæ ab amoris ebrietate non abhorrent verissimum, hanc tamen admittentes, & sępissimè exhibentes, nunquam ità effroenem, vt in osculi apertam, & nudam postulationem exiliret, reliquerunt; non ergo ab eiusmodi ebrietate illa postulatio protegitur, & excusatur. At affectum bonum palam profiteri non est indecorũ, negatur vniuersaliter intellectum hoc pronunciatũ. multi enim & appetere, & operari licet, quæ tamen contra decorum esse palam profiteri, aut exposcere, vt quæ inter coniuges secreto fiunt nulli dubium. Ad quæ sicuti neque familiares, neque pedissequæ spectatores admittuntur, ità de ijs ipsis ad eosdem sermonem habere præcipuè puellam Virginem non decet.

Moribus humanis repugnare.

8 Quapropter ex hac audaci osculi expetitione argumentatur S. Bern. non esse hoc canticum ingenij humani opus, quia videlicet contra omnem hominum consuetudinem esse agnoscebat. Verba eius ser. 1. in Cant. Sunt. *Verum quem non valdè attentum faciat istiusmodi principium sine principio, & nouitas locutionis in veteri libro? Vnde constat hoc opus NON HVMANO INGENIO, sed spiritus arte ita compositum, vt quamuis sit difficile intellectu, sit tamen inquisitu delectabile* In qua sentẽtia S. quoque Greg. Niss. fuit hom. p. in Cant. scribens. *Imago autem est quidam apparatus nuptialis, in quo intercedit desiderium pulchritudinis NON HVMANO MORE sponso incipiente teneri desiderio, sed sponsum Virgo praeuenit IMPVDENTER, suum in publicum proferens desiderium*, En fatetur hic Sanctus non esse hanc osculi efflagitationem ex humano more, iuxta historicum igitur sensum considerata expers decoris erit, Quare vel spiritualis tantum sensus erit in his verbis inquirendus, vt SS.PP. consueuerunt, vel alia quędam ratione, si histo-

S. Bern.

S. Greg. Niss.

ricum

ricum & materialem sensum tueri volumus hęc verba explicanda quod nos conabimur.

Præterea non minus amabat dilectus sponsam, quam amaretur ab ea imò etiam multo magis, at tamen nunquã osculum ab ea petijsse legitur? Si ergo sponsus ab huiusmodi verbis potuit se cohibere, multo magis potuit, & debuit puella Virgo. fauent historiæ, & poemata, in quibus etsi summo amore flagrantes, & viri, & fœminæ leguntur, ita vt non solum animo, sed etiam corpore lãguerent; nunquam tamen mihi legere contigit puellam vllam tam libere, & audacter ab amasio oscula petijsse, vt flagitasse dicitur hæc nostra sponsa, immò quasdam mulieres mortem potius oppetere voluisse, quam se amantes patefacere his etiam temporibus, in quibus peccandi impudẽtia maximè viget, non semel audiui.

Sponsi exemplo comprobatur.

9 Poetis quoque, quibus, atque pictoribus quidlibet audendi semper fuit æqua potestas similem audaciam amantibus fœminis affinxisse nunquam comperi, Amore non flagrantem tantum, sed insanam, & furentem exhibet nobis Didonem Virgilius, de ipsa.n. ita fatur.

Verecũdia non omnia pellit amor.

Virgil.

Vritur infælix dido totaque vagatur
VRBE FVRENS.

eique pudorem soluisse sororem ait

His dictis incensum animum inflammauit amore,
Spemque dedit dubiæ menti, SOLVITQVE PVDOREM.

attamen adhuc non audentem hunc suum amorem amato patefacere inducit, nam & post pudorem solutum de ea canit.

Quid vota furentem
Quid delubra iuuant? Est mollis flamma medullas
Interea & TACITVM viuit sub pectore vulnus

Tacitum.n. vocat, quia non patefactum, & paulo post loqui conantem inducit, sed pudore detentam hoc versu.

Incipit effari, MEDIAQVE IN VOCE resistit

Nec minus eleganter de quadam alia similiter amante Ouidius.

Ter tecum conata loqui, ter INNVTILIS HAESIT
Lingua, ter in primo destitit ore sonus.

10 Demus tamen amoris violentia sponsam coactam spõsi oscula expetiuisse, nõne castigatioribus verbis desiderium suum aperire poterat? Si dicas simplicẽ puellam nõ nisi proprijs nominibus res compellare sciuisse, obijciam summum præceptorem Amorem esse, a quo & voces, & actus quilibet facillimè animo suo opportunos addiscere potest Vetus est .n. prouerbium *AMOREM MVSICAM DOCERE*; sed esto, ipsa nesciret; non ignorabat certè sapientissimus Salomon, qui per os eius loquebatur; non ergo debuit hic Rex pacificus Virginem puellam honesto, atq; casto amore flagrantem, petulantiorem, quam nobis ipsemet adulteram, & præparatam, ad decipiendas animas retulerit, describere. De hac .n. refert Salomon Prou. 7. quod *in obscuro aduesperascente die in noctis tenebris, & caligine iuueni occurrit transeunti, apprahensumq, deosculatur, & procaci vultu blanditur dicens. Victimas pro salute voui, hodie reddidi vota mea, ideirco egressa sum in occursum tuũ, desiderans te videre, & reperi; Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus*; Hanc igitur quam vocat Salomon procacem, garrulam, vagam, & præparatam ad capiendas animas, neq; adhuc pudorem omnino exuit. Nam è domo in obscuro, & in noctis tenebris, & caligine ne videatur, egreditur. Iuueni ipsi antequam ad amplexus inuitet, blãditur, & signa amoris ostendit, & verbis etiam metaphoricis vtitur; sicuti & alia apud eundem cap. 9. 16. *Vecordi locuta est Aqua furtiua dulciores sunt, & panis absconditus suauior*. At in cantico Canticorum palam, & multis audientibus, & apertis verbis oscula à casta puella peti, quis non miretur?

Amor musicam docet.

Meretrice an petulãtior sponsa

Prou. 7. 9.

Prou. 9. 16.

11 Repræhendit Plutarchus præcepto conn. 8. Herodotum quod dixerit *mulierem vnà cum tunica pudorem exuere. Contra .n. inquit ipse, modestia induit summusque amor, ac summus pudor mutuo se se testimonio, argumentoque indicant.* Nota nexum amoris, & pudoris, & merito, nam qui verè, & hone-

Amor, & pudor se consequuntur.

Plutarchus

& honeſtè amat, maximè reueretur amatum, cauetque vehementer, ne aliqua in re illi diſpliceat, indeque oritur pudor reuerentiæ comes, & gratiæ conciliator. *Nihil eſt.n.* inquit Quint. lib. 11. cap. 3. ad *CONCILIANDVM GRATIVS verecundia.* Non ergo rectè ab amore dicebatur expelli omnino pudor.

Quintil.

At inquies petulantius videtur oſculari, quam oſculũ petere, non ergo hæc, quæ ſuauium poſtulat tam impudẽs eſt, quam illa, quæ vltro oſculatur. Reſpondeo minus ab illa oſculante violatum fuiſſe pudorem, quam ab hac petente oſculũ, illa.n. in obſcuro, & nemine pręſente oſculũ libauit, hęc palam, & multis audiẽtibus oris oſcula ambit. Illa gradienti, & occurſanti oſculum porrexit, quod non erat inſuetum, & beneuolẽtiæ, & amicitię pignus iudicari poterat. Hæc quin etiam ab abſente oſcula flagitet cohiberi non potuit, quod inſuetum erat, & anhelantis amoris ſuſpirium, quare nõnniſi de amatorio oſculo huius verba accipi, de oſculo vero amicabili illius blanditiæ interpretari poterant. Denique experientia teſtatur ad turpia flagitia perpetranda inuerecundos eſſe homines, ad eadem eloquenda, etiam vt diluantur, maximè pudibũdos. Hinc oculatiſſimus Poeta Virgilius Didonem quamuis amore erga Aeneam furẽtem, ne vnicum quidem verbum, quo amato ſuum patefaceret affectum protuliſſe narrat, vt ſupra retulimus, ab opere tamen coniugali, oblata tempeſtatis, & ſpeluncæ ab arbitris remotæ opportunitate non abſtinuit. Taleſq; ſponſos videtur deſcribere Catullus in Carmine nuptiali dum ait.

Oſculari an impudẽtius, quã oſculũ petere.

Didonis Verecũdia in Virgilio.

At lubet innuptis ficto te carpere queſtu.

Quid tũ SI CARPVNT, TACITA quod mente requirũt?

Maioris igitur impudentiæ argumentum eſt, oſcula liberè flagitare, quam audacter libare. Qui.n. flagitat, nullo ſe pudore cohiberi fatetur. Qui tantum libat, ſilentio ſaltem verecundiam vtcunque tuetur.

An in corde tantum locuta ſpõſa.

12 Atqui, dicet Sherlogus, ſupponitis, quod minimè concedimus; Sponſam ſcilicet hæc ſua vota publicè protuliſſe.

tulisse. *Dicimus* itaq; (verba eius sunt sect. 6. n. 48.) *sponsam hæc protulisse, sed corde, vbi nemo audiebat, non labijs, vti apud Claudianum ex sponsi persona* Epithalam. Honorij, & Mariç. Claud.

Hæc igitur quæritur secum quonam vsq; verendus
Cunctatur mea vota socer? quid iungere differt? &c.

Vel domi clausa. *Vbi vides se cum idest tacitum animo solum teste doloris, & gemituum. Aut certe, vt velimus labijs editas querimonias sponsæ verum putabimus arbitris vacuam, cubili clausam, proinde, & soliloquio, ut sponsi admisceret nomen non fuisse necessum.* Verum hæc dictis ipsius non consonant. Nam & ipse cum cęteris expositoribus neotericis asserebat hæc protulisse sponsam dum ferè exaninis ab alijs puellis vnguentis, & vino foueretur, significans hęc sibi inutilia esse, nisi eam complecteretur sponsus. *Palam, & in scena.* Præterea si domi, & in thalamo has edidisset voces sponsa, vel auditores latuissent, vel ab aliquo alio relata fuissent. At hic nullus adest relator, nec poeta ipse loquitur, ergo verè iuxta ipsorum principia inducitur sponsa ipsa in scena, hæc altè proferens. Exemplum autem ex Claudiano allatum nobis fauet, quia Poeta ipse loquitur, & verba siue cogitationes sponsi refert, de eorumque seruans quęrentem, & anhelantem nuptias inducit sponsum, non sponsam, quamuis ipsa longe inferioris conditionis esset quam sponsus, vt supra notauimus, quod non seruasset Salomon sponsæ huiusmodi querimonias ascribens.

Ex

Ex titulo argumentum secundum principale ad eandem conclusionem probandam deducitur.

EXCVRSIO X.

1 MErito cuiuscunque psalmi clauis titulus appellatur à D. Hieronymo in proemio com. in psal. Nam *per titulũ* (inquit) *intelligitur vniuscuiusque psalmi intellectus. Quid est titulus, nisi clauis, vt ita dixerim? In domum non ingreditur, nisi per clauem, ita & vniuscuiusque psalmi intellectus per clauem, hoc est per titulum intelligitur*; & idem ferè S. Aug. in psal. 58. & meritò inquam, nam est titulus veluti nomen illius libelli, aut scriptionis, cui apponitur. Nomina autem quæ à sapientibus imponuntur, naturam rei nominatæ si non declarant, saltem indicant. Ex titulo igitur huius libelli, qui Canticum Canticorum dicitur, eius naturam, & intelligentiam venari possumus: Nam vel a Salomone sapientissimo, & qui naturam opusculi à se compositi optimè callebat, vel ab aliquo alio, sed afflatu Spiritus sancti, qui & Salomone fuit sapientior, & huius carminis præcipuus auctor. Esse n. & hunc titulum sacræ Scripturæ veram, & germanam partem euincit Pater Sherlogus antiloq. 9. sect. 6.

Titulus est clauis.

2 Canticum igitur est hic libellus, at quid sibi vult cãticum? Procul dubio illud est, quod ore canitur, *Oda*; *seu canticum* inquit Euthym. *vox quadam est musica cum harmonia solo ore prolata*, in quam definitionem ferè omnes reliqui consentiunt, vt Agell. in psal. 119. refert, & Sherl. antil. 9. S. 1. nomenque ipsum clarè indicat. Aduertendum tamen quod dicitur (*solo ore prolata*) specificatiuè non exclusiuè intelligendum esse; ita vt ad rationem Cantici nihil præterea requiratur, quam vt ore proferatur, non verò vt comitem instrumentorum sonum non admittat: Non .n. canticum Moysi desijt esse canticum eo quod soror eius

Canticum quid sit.

Euthym.

P. Sherl.

Maria, cum reliquis Hebræorum mulieribus ipsum cantantes simul etiam tympana pulsabant, vt dicitur ex iis, cum etiam Luc. 7. v. 32. dicatur. *Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis.*

Luc. 7. 32.

Quænam de eius ratione.

De ratione igitur Cantici est, vt cantetur, quodque neque cantatur, neque cantui destinatum fuit, Cantici nomen non meretur, & multò minus cantici Canticorum .s. excellentissimi, & nobilissimi Cantici. Sed si expositio Recentiorum admittatur, excludendus est ab hoc carmine cantus, ergo claui hi autores caruere, nec ad ipsius cantici intelligentiam peruenire potuerunt.

Non omne quod canitur est canticum.

3. Sed vt hoc ostendamus, aliquantò subtilius de cantico differendum necessarium duco. Noto igitur non omne, quod canitur Canticum esse appellandum; Nam Euangelium quoq; & Passio Dom. Nostri Iesu Christi solemniter in Ecclesia cantantur, à nemine tamen cantica dicuntur, nec iure dici possunt. Quid ergo præterea ad canticum requiratur? An vt non nisi cantu proferatur? Neque hoc admittendum, nam Moysi Canticum, si à me submissa voce legatur, aut recitetur, non desinet esse canticum. Vndè ergo Cantici nomen eruemus? Illud meo iudicio Canticū appellandum erit, cui per se congruit, vt Cantetur, quamuis per accidens sine cantu proferatur. Illud è contra cāticum non erit, quod natura sua, & per se cantum non requirit, quamuis per accidens cantetur. Sed adhuc inquirendum superest; quænam sint ista, quæ canticum requirunt: An illa omnia, & sola, quæ versibus constant? ita videtur. Nam Poetæ dicuntur, & profitentur se canere. Ita Virgilius. *Arma virumque CANO*, & cæteri Poetæ, & hęc apparet versuum formandorum potissima fuisse causa. Durum e contrario videtur Canticum esse appellandum Herodoti historiam, si quis eam versibus pāgeret. Dicemē ergo dupliciter posse cātū in aliqua lucubratione requiri, vel s. ratione formæ, vel ratione materiæ. Ratione formæ, cuilibet poemati, aut metro cantus congruit, ratione autē materiæ neque historiæ, neque Philosophicæ doctrinæ,

Canticum quid.

Virgil.

Canticum, & ratione materiæ, & ratione formæ.

etiam

etiam si versibus explicentur, cantico cõuenit, quare neq; Poetas huiusmodi scriptores, quales Empedocles, & Lucretius fuerunt appellandos censet Aristoteles.

4 At quid dicemus de comœdijs, de tragœdijs, & alijs similibus, quæ in theatris, & in scenis recitantur? si versibus constent, cantica erunt ratione formę, at quid ratione materię de ijsdem dicendum? Videntur etiam cantum postulare, nam apud Latinos, & Græcos omnes huiusmodi fabulæ, aut narrationes versibus pangebantur, quod euenisse credendum est, eo quod talis materia tali formæ per se congruebat, quod .n. vt plurimum, nedum semper contingit, non casu euenire, sed quia natura, aut ratio id postulat, iudicandum est. Magnaque inscitia antiquorum fuisset, incongruam materiæ formam semper aptare, si .n. hanc congruitatem non respexissent, historias etiam versibus tradidissent; quod nequaquam fecerunt. Confirmatur, quoniam antiquitus cantu recitabãtur huiusmodi fabulæ. Nam de Nerone, inquit Sueton. c. 21. *inter cætera cantauit Canacem parturientem, Orestem Matricidam, Oedipodem excæcatum, Herculem insanum*. Præterea Quintilianus cantum reprehendit in Oratore lib. 11. c. 13. inquiens. *Quodcunque ex his vitium magis tulerim, quam quo nunc maximè laboratur in causis omnibus scholisque CANTANDI, quod inutilius sit, an fœdius nescio. Quid .n. minus Oratori conuenit, quam MODVLATIO SCENICA, & nonnunquam ebriorum aut commensantium licentiæ similis? Quid verò mouendis affectibus contrarium magis &c.* Arist. quoq; sect. 19. probl. 6. quærit, cur immutatio, & varietas in cantando tragicum sit, quod non quæreret si tragœdijs adhibitus non fuisset cantus, Horatius etiam in Poetica id supponere videtur inquiẽs.

Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis

Dum CANERENT, agerentque

5 His tamen non obstantibus oppositum longè probabilius mihi videtur. Nam in his narrationibus, fabulæ cõfabulationes, & colloquia diuersarum personarum inferuntur, imò nil aliud ipsæ narrationes sunt. Quis autem

An Comœdia sint cantica.

Suetonius.

Cantus in Oratore reprehenditur.

Quintil.

Arist.

Comœdias non esse Cantica.

vnquam audiuit homines cantu inter se confabulari? Repræsentat nobis scena actiones, & colloquia hominum, nō tanquam præterita, sed vt præsentia, & oculis nostris subiecta, ergo prout contingere solent; At non cantando sibi colloquuntur homines, ergo neque in scena cantantes induci debent.

Comœdia cur modo non cantētur.

Suffragatur vsus præsens, qui obtinuit, vt nullo modo cantentur comœdiæ, immò ille perfectissimus comicus censeatur, qui longissime a cantu abest. Quid ergo ad auctoritatem veterum dicemus? Duplici cornu impetebamur, compositionis, & recitationis, Quo ad compositionem. Respondeo hanc quidem versibus constasse; sed iambicis, quia soluta prosa pœne non discernuntur, quare etiam non cantandæ materiæ optimè cōgruebant. Videntur igitur comœdi, & tragœdi eligisse versus, non tam propter cantum, quam vt ab historicis distinguerentur, & sui admirationem apud vulgus excitarent, cumque ratione materiæ, quæ sæpè vulgaris erat, non admodum se oblectaturos auditores considerent, versibus, & modulatione id consequi sperabant.

Comœdia non semper cantata.

Quo ad recitationem. Respondeo Primo quidem non semper antiquitus consueuisse comœdias, & tragœdias cantari, sed etiam sine cantu recitari, vt modo fit, quod inde colligo quod sūmi Oratores Demosthenes, M. Tullius magistros in pronunciatione comicos, & histriones habuisse scribuntur de Demosthene hęc refert Plutarchus in eius vita. *Sic vocem eius* (Demosthenis) *& actionem Satyrus* (histrio) *emendauit, formauitque vt non prior Demosthenes, sed alter videretur* de M. Tullio idem Plut. *In actione tamen non minus quam Demosthenes laborasse fertur donec per Roscium comœdiarum, & Aesopum tragœdiarum actores prabita illis diligenter opera vocem, & gestum corporis emendauit.* At qui si cantare tantum in scena histriones isti cōsueuissent, quid aliud quam cantum Demosthenem, & Ciceronem docere potuissent, idest maximum vitium, vt asserebat Quintilianus?

Demosthenes, ex M. Tull. Comicorum discipuli.

Plutarch.

6 Nomen

6 Nomen etiam Dramatis, quo actiones istæ nobilitantur idem ostendit, est n. Dramma Græca vox idem significans, atque apud Latinos actio, & repræsentatio à verbo δράω, quod est ago seu repræsento agere autem siue repræsentare non est canere, sed res prout fiũt, oculis subijcere. *Vnde*, inquit Ghislerius, *& comœdia, & tragedia quæ in plures actus distinctæ sunt, sicut, & plures habẽt personas, quæ loquuntur. Drammata dicuntur*, hoc nomine autem Poemata Homeri, aut Virgilii haud nuncupantur, neque dicuntur agi, sed cantari, cum contra comœdiæ agi dicantur, vt à Terentio in prologo Eunuchi, *Nunc QVAM ACTVRI SVMVS Menandri Eunuchum &c.*

Dramma quid sit.

Ghisler.

Terent.

Atqui (obijcies) Suetonius testatur multas à Nerone cãtatas fuisse tragœdias. Non inficior, quare videtur dicendum aliquando tragœdias cantatas fuisse, aliquando actas. Mihi autem valdè verisimile videtur tunc cantatas fuisse cum ab vno tantum recitarentur, cum n. dicat Suetonius Canacem parturientem cantatam fuisse à Nerone indicat totam ab ipso cantu prolatam; alioqui si partem tantum cecinisset, non diceretur eam absolutè cantasse, omnesque personas sustinuisse ipsum. Neronem innuit idem Suet. eo cap. asserens *in quibus tragœdias quoque cantauit personatus heroum, deorumque item Heroidum, ac dearũ personis effictis ad similitudinem oris sui, & fœminæ prout quamq; diligeret*, sine cantu autem etiam cum alijs recitasse significat idem Suetonius scribens: *Non dubitauit etiam in priuatis spectaculis operam inter scenicos dare* (hic non dixit canore) *quodam prætorum H-S. decies offerente.* Ame stat Carolus Segonius vir peruditus, qui parte 2. emendat. cap. 79. de Poetica Arist. agens, *Ego* inquit, *existimo, hoc velle Aristotelem, quasdam tragediæ partes quæ RECITABANTVR SINE HARMONIA, & saltu quosdam, quæ haberent harmoniam, & saltum quarum illa Diuerbia a latinis dicta esse inuenio, hæc cantica Diuerbia autẽ, auctore Diomede sunt fabulæ partes, in quibus diuersorum personæ versantur. Personæ autem diuerbiorum aut duæ, aut tres, raro autem quatuor esse debent. In Can-*

Nero tragœdias cãtauit.

Sueton.

Carol. Segon.

Diuerbia quid sit.

ticis autem vna tantum debet esse persona, aut si duæ fuerint, ita debent esse, vt ex occulto vna audiat, nec loquatur, sed secum, si opus fuerit, verba faciat. Hæc Sigonius ad Aristotelis mentem; Non ergo antiquitus aut semper, aut omninò tragediç, siue comœdiç cantu exprimebantur.

Agi comœdiarū proprium.

Nec Horatij dictum obstat, qui cantum cum actione coniungens ait, *Quæ canerent, agerentque*. Nam Ascentius exponit, *canerent, idest pronunciarent*: Ianus vero Parrasius *Canerent*, refert ad chorum, *Agerent* ad mimos, & histriones; Ego autem hinc duo pro mea sententia elicio, alterum non esse idem canere, & agere, cumque agi longè sæpius comœdiç dicantur, quam cantari, sequitur actionem, & repræsentationem illis magis congruere, quam cantum, alterum quod licet demus tragœdias, & comœdias interdum cantatas fuisse, nunquam tamen cantici nomen illis inditum fuit, quod ergo appellatur canticum inter eas recenseri non debet.

Comœdias non esse cātica.

7 Ratione igitur materiæ fabulæ parabolç, & multò minus historiæ, quibus multæ interueniunt colloquentes personæ, cantica dici non debent. Atqui ex Recentiorum sententia in Cantico Canticorum historia, siue parabola, siue fabula, in qua diuersç ꝑsonç colloquẽtes inducũtur, recensetur; ergo non meretur vocari canticum, & multò minus canticum canticorum; idest excellentissimum, & nobilissimum canticum. An autem sit Canticum ratione formæ .i. an versibus sit conflatum, affirmant quidem expositores, credo vt titulo satisfaciant; Nam in Hebræo idiomate, nemo est, qui versus à prosa distinguere queat.

An rectè canticum appellatū hoc carmē.

Quod etiam repræsentationi potius, quam cantui accommodatum sit, & ab ipso autore destinatum, facilè concedent Recentiores, cum drammaticum ipsum appellent; & nunquam ipse Salomon, sed personæ parabolam constantes loqui intelligantur. Tenuissimo ergo filo, & hinc incerto titulus Cãtici Canticorum huic opellæ iuxta Recentiorum sententiam colligatus est, in mea autem sententia, quam infra explicabo ita coniunctus, immo innatus, vt ab

vt ab eo nullo pacto diuelli possit, cum autem nemini sit credibile impropriè, & oscitanter hoc nomen Cantici huic libro impositum fuisse, cõsequens est, vt parum probabilis illa opinio ex qua hoc consequitur, existimanda sit.

Ex Poeticæ regulis tertium principale argumentum elicitur.

EXCVRSIO XI.

1 SApientissimum inter mortales regem fuisse Salomonem, qui Si Scripturæ præstat fidem (vt nos omnes Catholici profitemur) ambigere nequit, an verò de sapientia tantum politica, vel etiam de naturali, & de omnibus alijs scientijs sit hoc intelligendum fides catholica nõ decernit Ioann. de Pineda eruditissimus vir in suo Salom. præuio lib. 3. omnibus omnino sciẽtijs rationalibus, moralibus, naturalibus, mathematicis, & Theologicis cum fuisse preditum contendit, neque absque S. Scriptura fundamentos peculiariter verò in poesi, atq; musica fuisse clarissimum asserit, quamuis non de omni specie poesis id affirmare audeat. Scribit in cap. 13. n. 4. *Porrò non modò cuiuscunque Poesis, sed prætereà Tragœdiarum, Comœdiarum, & Satyrarum peritum fuisse Salomonem affirmat Abul. q. 9. sed id mihi dubium quod res hæc neque valdè vitæ necessaria, aut vtilis, neque tam antiqua, vt quid rei esset, quidue vtilitatis, aut iucunditatis sapienti afferre posset, vt diuino beneficio illam vt percalleret Salomon videretur necessarium.* Ego percalluisse eum has scientias non contenderem; illud tamen pro certo affirmauerim: aut Salomonem id genus poematum non scripsisse, aut si scripsit, eorum fuisse valdè peritum. Nam quamuis sapienti omnia scire non sit necesse, manum tamen ad opus non sibi

Salomon sapientiss.

Io. Pined.

An Tragedis vel Comicus.

Abul.

Non est opus aggressus quod non perfecte sciret.

nō sibi notū immittere, & aggredi, quod nesciat, id vero insipientis nō sapiētis esse asseruerim. Multa .n. absque culpa ignorare possum*, at operari, quod nescias, repręhēsione nō caret. Vel ergo dicendū est, nullā comœdiā, tragœdiamue edidisse Salomonem, vel si edidit eas condendi rationem & artem cum percalluisse, quodque de comœdia, & de tragœdia diximus, de alijs quoque poematibus est intelligendum. Cumque ad instar comœdiarum, seu vt asserit Sherlogus tragicomędiarum hoc dramma Salomon ad recentiorum mentem præscripserit, oportebit in eodē genere hoc opus esse valdè perfectum. Quare consequenter loquitur Gaspar Sanctius prolog. 7. dum ait in hoc sacrò Epithalamio seruatum id, quod in compositione dramatica maximè commendant, qui de eis præcepta tradiderunt, & prolog. 5. laudat Origenem existimantem prophanos scriptores, qui Epithalamia cecinerunt, ab hoc antiquissimo, & pręstantissimo formam accepisse.

P. Sherl.

Gasp. Sāc.

2 Inuestigemus igitur an illius poematis, quod sibi pāgendum ex recentiorum mente assumpsit, formam perfectè delineauerit Salomon; nam si perfectè, dabo manus, idemque cum ipsis me sentire fatebor, sin contra, malè apparuerit compactum, & ordinatum, nō eius generis, quod ipsi comminiscūtur, sed alterius cuius regulas optimè calluerit Salomon, & obseruauerit esse fateantur. Non mihi autem tantum assumo, vt Iudex Salomonicæ poesis esse possim, sed aliorum vestigia sequens, ac præcipuè Principis Philosophorum Aristotelis dogmata obseruans, dubia, quæ mihi circa hoc genus poematis occurrunt, alijs diudicanda proponam.

An titulus rectè appositus.

In primis ergo titulus non videtur aptè appositus. Nā in reliquis, siuè comœdijs, siuè Tragœdijs &c. innuit titulus argumentum dramatis, aut fabulæ, plurimumque ex pręcipua persona desumuntur, vt Oedipus, Phormio, Hippolitus &c. at titulus Cantici Canticorum nihil declarat, nec vllius personæ meminit, nisi auctoris. Neque responderi potest sectatum esse Salomonem S. Scripturæ morem.

Nam.

Nam & in ea librorum tituli ex materia deſumi ſolent, vt patet ex libris Iudicũ, Regum, Maccabæorum, Ruth, Iob, Tobiæ, Iudith, Eſter &c. quamuis & interdum à prima eorum dictione accipiantur, quod cum in hoc titulo obſeruatum non ſit, vtique ex materia deſumi debebat. Confirmatur, quia ipſemet Salomon reliquis ſuis libris titulos materiæ congruentes appoſuit, vt Parabolarum, Eccleſiaſtes &c. primus .n. parabolas continet, alter verò concionem, quare rectè appellatur Eccleſiaſtes idest cõcionator.

Materia huius Cãtici quanã.

De materia autem, ſiue argumento hiſtorico huius libri tres ſunt præcipuæ recentiorum ſententiæ, aliqui .n. volũt eſſe rem geſtam inter duos ſponſos, vt Sherlogus, alij parabolam rerum fictarum, vt Ghiſlerius, alijs verò ritus nuptiales, qui apud Hebræos in vſu eſſent, at nihil horum ex titulo poteſt colligi, ſuperfluus igitur, & impertinens videtur titulus.

Parabolarum tribus cum noſtro confertur.

3. Dices, Titulum Cantici Canticorum eiuſdem eſſe conditionis, ac titulum parabolarum, nullius .ſ. materiæ determinatæ. Reſp. libro parabolarum non potuiſſe titulũ magis determinatum apponi, quoniam quot ſunt parabolæ, tot ferè ſunt materiæ diuerſæ, qua ratione liber quoq; pſalmorum, non alio, quam pſalmorum prænotatur titulo, At Cantici Canticorum exiſtimant recentiores vnicum eſſe argumentum, ergo ab eo deſumi debebat titulus, & fatendum aut plura in eo contineri Cantica non inuicem cohærentia, neque eandem materiam reſpicientia, & ratione tantum auctoris, aut genericæ materiæ ſimul eodem libello comprehenſa; aut canticum quidem vnum eſſe, eo quod in vnum ſcopum dirigatur, plura verò cantica, quoniam in minores cantilenas à ſe inuicem diſiunctas diſtributum ſit. Confirmatur quia quando eodem libro diuerſi generis poemata eiuſdem auctoris continentur, nomen quoque genericum eidem inditur ex. g. Poemata P. Virgilij, aut martialis Epigrammata &c. At ſi vnius argumẽti eſt totus liber ab eo titulus eius deſumitur, vt Aeneidos, Thebaidis &c. Cum ergo huic libello Cantici Canticorum

titulus appositus fuerit, argumento est, non simplex aliquod Canticum, sed plura neque sibi cohærentia cantica ab ipso complecti.

Fabula tragœdia siue comœdiæ 5. conditiones requirit.

Sed misso titulo, accedamus ad materiam, in qua eligenda plurimum elucet ingenium, & iudicium Auctoris. Nā præcipua pars, & veluti anima Tragœdiæ est fabula, ait Arist. Hæc autem 5. conditiones vt sit laudabilis præcipuè habere debet. Prima est vt sit vna; secunda vt Perfecta; tertia vt verisimilis; quarta vt mirabilis; quinta vt morata. An igitur hæ conditiones in hac cantici materia reperiantur, paulisper consideremus.

Prima Vnitas.

4 Prima conditio est Vnitas, de qua Horatius in arte poetica. *Horatius.*

Denique sit quiduis, SIMPLEX dum taxat, ET VNUM.

Et ante eum Arist. idem docuerat in Poetica. Hæc autem in hoc opusculo non videtur adesse, quoniam illud nō est vnum, cuius partes inuicem copulatæ non sunt, ex diuisione. n. continui pritur multitudo, si ergo partes inter se diuisæ sint, iam multa entia erunt, non vnum; at ferè omnes partes huius cantici nullam inter se videntur habere connexionem, & merito dixerit Gaspar Sanctius prolog. 7. *Arist.* *An in hoc cantico.* *Gaspar Sanctius.*

Laborare hic video plerosque interpretum in inuestigando, texendoque ordine, ac filo huius Epithalamij, quod cum passim rumpi existiment, neque facile astringi posse, abijciunt, cum spe ipsam quoque curam connectendi, cum superioribus consequentia. Est sanè difficile negotium neque quod ego viderim, satis à quopiam expeditum, neque ego id mihi assumo, vt fieri à me posse sperem, quod alij vt ipsi quoque fatentur ingenuè, consecuti non sunt. Aliquid tamen conandum in re ardua, in quo aliquid inuenisse, si modo id contingat, magnum est. En vides lector partium disiunctionem, quas inter se cōnectere Herculeas vires superat, & nemini forte contigit, etsi contigit, ipsius ingenij partus potius quam Salomonica soboles appellanda videtur.

Qui inducere sint conati.

5 Duo magni viri hac in re præcipuè desudarunt, relatus iam Gaspar Sanct. & Paulus Sherlogus, quorum studiū maximoperè est laudandum; an autem assecuti sint, quod spera-

ſperabant, aliorum erit iudicium; meum certè animum non implent. Sanctius ergo pro ſua methodo, & acoluthiã formam ait proponi in hoc Epithalamio, quam olim ſeruabant in nuptijs Hebræi, *Fert autem inquit ipſa rerum natura,vt ante legitimum,atq; ſolemnem apparatum & plauſum in vulgaribus nuptijs præcedat ſponſæ vocatio; tum etiam inuitatio, & congregatio illorum, qui honoris gratia comitantur nuptias, & Epithalamium cantant. Ambiri autem à viris fœminarum nuptias, potiuſquam à fœminis virorum, omnium ferè gentium conſuetudo docet.* Habentur igitur hic quattuor ex Sanctio. Primum Vir ambiens ſponſam. 2. Vocatio ſponſæ. 3. eiuſdem atque ſodalium inuitatio. 4. nuptiarum apparatus, quæ in Cantico Cant. ordine conuerſo recenſentur. Hiſtoricus autem ordo poſtulabat, vt eo ordine, quo recenſita sũt collocarentur; quare ſecundum hiſtoriam cap. 5. in quo ſponſus ambit ſponſam, primum eſſe deberet, poſt quod ponenda pars cap. 6. cui annecti primum caput; *neque mirũ, inquit, Sanct. ſeruatum non fuiſſe hiſtoricum ordinem quoniam ad ſpecioſam & feſtiuam narrationem, quales ſunt Poeticæ, & multo magis drammaticæ confert plurimum, ſi non ſuo loco, ſed poſtea referantur.*

Sanctij acoluthia examinatur.

Circa hanc Sanctij diſpoſitionem occurrit primo aduertendum ea, quæ in fabulis extra ſuum ordinem dicuntur, nunquam in ſcena repræſentari, ſed tantum tanquam alibi geſta referri, ſicuti etiam in poemate heroico, nũquã ex ore ipſius Poetæ audiuntur, ſed aliquis introducitur, qui ea referat. Quare quæ in ſcena aguntur, ſemper inter ſe ordinem naturalem, & hiſtoricum retinent, eſſet .n. maximum abſurdum, quod poſt contractum v.g. matrimoniũ in ſcena, in eadem ſcena videretur ſpõſus nuptias ambire, vel ob earum dilationem conqueri; non eſſet autem abſurdum, quod poſt initas nuptias ipſe ſodalibus cõmemoraret, quanta, vt ad eas perueniret, pertulerit; & ratio eſt, quia præterita narrari poſſunt; at in ſcena omnia repræſentantur, vt præſentia, quare ſicut ineptiſſimus eſſet, qui poſt nuptias celebratas, adhuc nuptias ambiret, non vero

Sãctij diſpoſitio, & ordo non probatur.

Quæ in ſcena agũtur ordinẽ naturalem, ſeruant.

qui sua desideria, & studium easdem obtinendi, narraret; ita ineptissimus esset Poeta, qui in scena ambitum sponsi post nuptias repręsētaret, nō vero, qui vota eius pręterita referret. Hoc posito tāquā certissimo, & maximè notādo.

Prima persona loquens est sponsa.

6 Aduerto secundo loco primam personam in hoc dramate iuxtà communem sententiam in scena apparentem, esse sponsam, & tanquam propria illa verba proferre. *Osculetur me osculo oris sui.* Hoc etiam à Sanctio, & reliquis recentioribus negari non potest, quia nondum apparuit alia persona, a qua hęc verba relata dici possint. Sequitur ergo, vt ea omnia, quæ hæc verba præcessisse finguntur, non potuerint in scena repręsentari ex primo notabili, sed tanquā prius acta solum referri. Vult autem Sanctius hęc verba post caput 5. & magnam partem cap. 6. ordine historico collocari debere, ergo reliqua capita pręcedentia non continebunt aliquod in scena repræsentatum, sed ab aliquo nūcio vt præterita relata, maxima igitur pars istius dramatis historia simplex erit, & non actio, quæ .n. referuntur non aguntur, & immeritò à minima eius parte Drama dicetur.

Ordo naturalis quomodo inuertatur.

Præterea quando aliqua extra ordinem narrantur, introducitur nuncius, aut alia persona illa referens, & ad ingenium Poetæ spectat tam clarè ista distinguere, vt nullo negotio discerni queant ab his, quæ aguntur, ea quæ referuntur, & persona, quę nomine proprio loquitur ab ea, quæ alterius voces refert. At hic non apparet huiusmodi distinctio, quare ante Sanctium, quod ego sciam nemo hoc aduertit nemoque alium ordinem præter historicū in hoc dramate agnouit aut igitur alius verè non fuit, aut perperam, & importunè ab auctore inductus.

Omitto singulas partes huius Sanctij ordinis examinare, multa .n. essent dicenda, quæ expositionem Cantici secum traherent, aqua animus est modo abstinere, Audiamus ergo Sherlogum, siue inspiciamus.

Tela Sherlogi labefactatur.

P. Sherl.

7 Non inuertit quidem hic auctor ordinem, sed telam orditur, in qua multò plura ipse adhibet stamina, quam contulerit Salomon. Nam anteloq. 3. sect. 1, antequam inducatur

ducatur sponsa illa verba *Osculetur me osculo* proferens fingit sponsalia iam fuisse sub arbore malo contracta, sponsū deinde abscessisse Ierosolymam, indeque eximia munera sponsæ misisse, interimque ab amicis, & cognatis sponsi constantiam tentatam nuptias huiusce modi dissolui optantibus, atque ita per totum canticum progreditur sua commenta cum Salomonis verbis commiscens, vt omnia ritè compacta, atque connexa videantur. Cumque totus in hoc sit Dramatici poematis leges non admodum aduertisse videtur. Ex his vna est temporis. Vt scilicet vno die claudantur omnia quę in drammate peraguntur. *Tragædia*, inquit. Arist. in Poet. *intra vnius Potissimum solis vel paulò plus, minusue periodum actio est.* Ratio etiam suadet, quia cum in dramate res agantur, si vltra diem producerentur, aut oporteret spectatores plures dies in theatro permanere, aut discedere ante finem, aut mentiri agentes, aut tenebras inducere, & silentium, quibus nox repræsentaretur. Et hinc factum est, vt non quo ordine res gestę sunt, recitentur, dum .n. quædam aguntur, & alia, vt præterita narrantur vnum diem omnibus sufficere non incongruit. Cum autem Canticorum Canticum breue sit, illud in plures dies diuidere nimis absurdum esset, hoc autem admittere Sherlogum patet ex ipsius verbis. Nam antel. 3. sect. 1. subsect. 5. n. 20. *Postera* inquit *luce surgentibus e strato omnibus*, & subs. 6. *Altera iam aderat dies* & iterum subs. 7. *Postquam è somno expergefacta sponsa &c.* Adde quatuor conuiuia, & celeberrima ex eius sententia in hoc Cantico peragi, imò etiam plura alia subintelligi Anti. 3. sect. 3. subsect. 2. in plures dies igitur hoc Drama producit, quamuis sit admodum breue.

Arist.

Intra vnā diem tragædia coarctanda.

Sherlog.

Non id obseruatum à Sherlogo.

8 Peccare quoque videtur, quo ad locum. Nam cum in scena coram sedentibus spectatoribus omnia repręsentari debeant, quæ aguntur, etsi quid alibi actum est, in scena referri, non spectari Sherlogus modo domi, modo in vinea, modo in hortis inducit loquentem sponsam, mòdo in patentioribus spatijs, quæ omnia loca in scena fingi im-

Ab eodem peccatū in loco.

gi impossibile est, ac proinde spectatoribus non poterant esse nota, & debuissent per nunciũ aliquem referri. Quare dicebat Arist. in Poet. *Proprium Epopeiæ est posse plurimum in magnitudinẽ excrescere id quod assequi tragœdia non potest, quãdoquidẽ hæc plura simul facta imitari nequit, sed id solũmodo quod in scena tunc atque adeò penes histriones est*, & iam superius dixerat *Carcino* vitio datum quod Amphiaraus è templo exibat id vero cũ nõ videret *spectator obscurum fuit, cecidit autem hic à scena cunctis ob id spectatoribus indignantibus*.

Arist.

Figmenta quædam Sherlogi ex sufflada.

Ex quo deducitur alia multa Sherlogi figmenta non videri approbanda. Nam Ant. 3. sect. 1. subsect. 4. ad illa verba *Vox dilecti mei*, affirmat sponsum vocem mentiri aggressum, at non potuisse amantem fallere, atque idcirco hanc exclamasse *Vox dilecti mei*. Deinde cum dilectus socios, familiares, & domesticos omnes ad cursum prouocasset, non aliter sponsæ visum pergere ipsum, quam qua pernicitate rupricapræ hinnulique ferantur per saxa, & fragosa; & ob id dixisse. *Ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles, & similis est dilectus capreæ, hinnuloque ceruorum*: Hæc igitur, & similia vel acta vult esse in scena; vel non; si acta, oportuit igitur auditores audisse vocem, quã dicitur mentitus spõsus, & qua socios prouocauit ad cursum nec à poeta debebant silentio præteriri, si nõ acta ergo non poterant auditores scire quod sibi vellet sponsa cũ diceret. *Vox dilecti mei*, & cur assereret. *Similis est dilectus meus* capreæ &c.

Sherlog.

Cant. 2.8.

Cant. 2.8.

Cant. 2.

Ordinem verum ea peffundare.

9 Prӕterea his fictionibus, & additamentis planè ostendit Sherlogus partes huius Cantici hiantes esse, & disciunctas, nisi enim tales essent; non posset inter eas aliquid fingi, sed vna statim sequeretur alteram, & illi proximè adhæreret, sicuti si quis recitans orationem dominicam, diceret. *Pater noster, nomen tuum*, & ab aliquo reprehenderetur, quod rectè verba non connecteret, eo quod *nomen tuum* non immediatè sequitur post *Pater noster*, & alius, vt cum deffenderet, diceret, inter *Pater noster, & nomen tuum* esse alia verba interponenda .s. *Qui es in Cœlis sanctifi-*

sanctificetur, non vere eum defenderet, sed clarius eius demonstraret errorem; Ita dum Sherlogus vt ostendat huius Cantici verba inter se rite connecti, alia multa verba, & actiones inter ipsa commisceat, declarat planè non ipsa perfectè inter se cohærere, non .n. hoc nouo glutine indigerent, falsitatis quoque suspicionem gignit, in quam nonnullos historicos incurrisse, dum simili studio historię hyatus supplere satagebant, notat Io. Mariana l. 1. c. 7. hist. rerum Hispan. scribit .n. *Qui vbi lumen historia deficiebat rerumque ignoratio antiquitatis velum oculis proponebat, ipsi illustrandi eam gentem studio, cuius res gestas in istoriam conferre erat propositum, & ad maiorem scriptionis gratiam, si nullis lacunis præcisa, & impedita cuncta magnarum rerum narratio esset, de suo multa commenti sunt.* Ita prorsus, & Sherlogus in hac quam ipse putat historiam narratione, vt lacunas impleat multa suo marte confingit.

Io: Mariana.

Veritatem suspectam reddere.

9 Dicet fortasse ad obiectionē de loco, & tēpore Salomonem historiam referre, atque idcirco non potuisse res nisi temporibus, & locis in quibus gestæ sunt enarrare. Sed hoc nihil refert; nam si vt historicus narrauit, in propria persona loqui debuit, quod nunquam fecit, si vt Poeta, oportuit eum ita rebus gestis tempora, & loca aptare, vt poemati congruit.

10 Dicet præterea scripturarum vsum esse aliquando præcipua factorum capita describere, cętera legentium iudicio relinquere, non quod ea gesta non sint, sed quoniam ex principali cætera diuinare facile est, ita Sherl. anteloq. 3. sect. 3. & exempla affert quæ mihi parum efficacia videtur. Posset adduci illud Paralitici, qui Domino interrogāti, *Vis sanus fieri* Respondet *Domine hominem non habeo &c.* volens intelligi, *volo quidem sed non fio, quia hominem non habeo* & illud Apoc. 21. 25. *Portæ eius non claudentur per diem, nox .n. non erit illic*, neque tamen sensus est, quem verba indicare videntur; idcirco nō claudi portas per diem, quia nox non erit illic, sed particula causalis (enim) non refertur ad præcedentia, sed ad ea, quæ subintelliguntur, idest

In Script. Sacra quædam subintelligēda

Ioan. 5. 6.

Apoc. 21. 25.

non

non dico claudendam non esse portam per noctem, quia *nox illic non erit*. Ita ergo fortasse dicet Sherlogus à Salomone multa prætermissa in hoc Cantico, ea videlicet, quæ ipse nunc comminiscitur, & interserit. Verum non eum hæc iuuant, quoniam hæc, quæ ab ipso primum in lucem edita sunt, nō facilè colligi possunt ex Salom. verbis, alioqui iam à doctissimis viris, qui Canticum hoc explicauerunt omnia diuersa essent, & multa etiam nullo modo colligi possunt, imò aduersari à Salomone narratis videntur, vt quę paulo superius dicebantur de voce à sponso mentita, & de prouocatione ad cursum, quęnam .n. causa erat, vt dulcissimę, & amantissimæ suæ sponsę vocem vellet celari suam sponsus? & quo decorō nobilissimum virum coram languente sponsa cursu cum domesticis certantem fingit?

Partes fabulæ quomodo inter se connexæ.

11 Denique docet Arist. ita rerum inter se partes cohærere debere, *vt ne vlla quidem, vel transferri, vel subtrahi queat, quin totum illud varietur, planèq; immutetur. Quod .n. inquit vel additum vel subtractum totum non immutare videtur, nulla quoque eius erit pars.* At in Cantico Salomonis quænam pars ita se habet ad totum? si septem primi versus primi capitis auferantur, quænam mutatio, aut variatio sequitur in reliquis? nulla planè? Nam dicunt recentiores colloquium inter sponsum, & sponsam sequenti versu incipere illo .s. *Equitatui meo &c.* Si totum etiam primum caput auferatur sequentia optimè adhuc, & absque vlla mutatione intelligentur, & ita dici potest dę tertio si auferatur secundum, & de plerisq; alijs capitibus, aut particulis. Quare cum non adsit vera, & necessaria connexio inter partes huius Cantici, neq; dici verè poterit esse vnius argumenti, aut actionis, sicuti in huiusmodi poematibus requiri solet.

Secunda conditio perfecta sit.

Arist.

12 Secunda conditio fabulę ab Arist. quoque tradita erat, vt perfecta, siuè tota sit. *Totum verò est*, inquit, Arist. *quod principium, medium, & finem habet. Principium illud esse dicimus, quod non necessariò post aliud est contra (idest post quod) posterius aliquid esse, vel fieri natum est, finem huic contrarium,*

illud

illud ipsum quod post aliud natum est esse necessariò, vel plerumque, medium, quod aliquo posterius, aliquo prius est. Decet autem, subijcit Arist. *ritè contextas fabulas minimè temerè vndelibet initium sumere, nec item temere vbilibet terminari, vti verò semper supradictis partibus.*

In hoc ergo Cantico quænam erit actio tota, cuius partes principium, medium, & finis sint à nobis inuestigandę, & à Poeta constituendæ fuerint? Non aliam credo dicturos, quam Nuptias inter dilectum, & dilectam. Amores .n. pudici non alium scopum, quam nuptias sibi proponere debent, cum autem hoc Drāma sit amatoriū, ad nuptias oportuit ordinatum fuisse. Huius autem actionis vix medium tantum mihi videre videor. Principium .n. illa verba esse non possunt. *Osculetur me &c.* tum quia cum non declaretur in eis, quis ille sit, cuius oscula petuntur, supponunt iam notum esse, ergo aliquid prius, per quod innotuerit, tum etiam quia supponunt puellam saltem desponsatione promissam, alioqui nimis turpe, & indecens fuisset eam osculum flagitare, cum, hac etiam pollicitatione præmissa, non videantur impudentia hæc verba carere. Quatenus igitur supponunt aliquid prius, aut gestum, aut dictum, ad medium spectare videntur, sed hoc etiam difficilè est, quoniam per hęc verba nihil consecuta est sponsa, neque .n. legitur impetrasse, quod postulauerat, neq; responsum aliquod tulisse. Neque dici possunt finis, quia hic nihil vlterius respicit, aut expectat, postulatio verè respicit, & expectat assecutionē rei postulatæ. Quid ergo erūt? An prologus? atqui si principium esse nequeunt, quia ante se aliquid aliud supponunt, multò minus prologus erūt, qui ipsum principium antecedit. Præterea prologus aliquid extra fabulam esse debet, at illa verba quamuis, cum reliquis non benè cohæreant, aliquid tamen fabulæ sunt, cum amorem erga dilectum spirent.

Quænam sit actio in CāticoCāticorum.

Ad principium medium, & finē quid requiratur.

13 Ex Gaspare Sanctio prolog. 7. principium actionis statuendum videtur in ambitu sponsi, & reuera id ordo rerum postulat, & vsus habet, & vir prior sit, qui puellæ

Quodnam principium iuxta Sāctium.

nuptias expectat, & quærat, hoc ergo principium inquit Sanctius esse in cap. 5. in illis s. verbis. *Aperi mihi soror mea amica mea, columba mea &c.* Non .n. alia sunt quæ huic officio deseruire possint. Verum dum dilecta soror, & amica vocatur, & eius fores noctu à dilecto pulsantur, fatendũ est, hos amasios jam sibi amorem suum mutuum indicasse, non .n. similia verba ad ignotam, aut non amantem proferuntur, neque quisquam tam audax est, vt prima vice alloquens puellam, petat noctu ab ea in thalamum introduci, & idem colligitur ex responsione sponsæ, non .n. tanquam ab ignoto nomen eius exquirit, nec eius audaciam retundit, vt pudica puella erga ignotum suas fores pulsantem egisset, sed excusationes varias adducit. Parum etiam aptè, vsque ad caput 5. idest post mediam actionem distulisset Poeta actionis principium referre, cum hoc ignorato non possint reliqua perfectè intelligi. Caret igitur principio hæc actio, siue fabula, quasi animal sine capite.

Sanctius.

14 At quis erit finis? Non alium certè oportuit esse, quam desponsationẽ, siue matrimonialem cõiunctionem, siue nuptias (quę omnia in idẽ recidũt) spõsi, & spõsę, siue Amasij, & Amasię. Atqui has nuptias ego in hoc cantico non reperio. Pater Gaspar Sanctius acutè in illis verbis, *sub vmbra illius, quem desideraueram sedi*, fœdus coniugale agnoscit ex Hebræorum more, apud quos vbi contractus incundus esset, seu matrimonialis, seu sponsalitius, sponsus extremam partem palij sponsæ capiti imponebat, & innuitur Ruth. 3. & Ezech. 16. & huc trahit illud Lucæ 1. *Et virtus altissimi obumbrabit tibi, quod*, inquit, *nihil aliud est quam Spiritum Sanctum Beatissima Virginis sponsum futurum*, quam explicationem antea quoque tradiderat hic Mich. Ghisl., & posteà copiosissimè locupletauit Aloysius noster Nouarinus in Vmbra sua Virginea. Verum hic non mihi describi videntur nuptię pręsentes, sed commemorari pręteritæ; difficilè .n. mihi apparet ante nuptias dixisse puellam Virginem, *fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur*, & id genus alia. Sed demus cap. 2. celebrari

Quisnam Cantici finis.

Gaspar Sanctius.

Luc. 1. 35.

Mich. Ghisl.

Aloysius Nouar.

Cant. 1. 13.

lebrari nuptias, cum hæ sint fabulæ, siue actionis finis, ulterius progredi Canticum non decebat, obtento .n. fine cessat motus, vel alius nouus motus incipit.

Gaspar Sanctius. Non latuit hęc difficultas oculatissimum virum Gasparē Sanctium, vtque eum effugeret, & fabulam siue narrationem apto fine concluderet, conatus est vltimos duos versus huius Cantici, nempè *Quæ habitas in hortis &c. & fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnuloque ceruorū super montes aromatum*, ad solemne vinculum matrimoniale constringendū pertrahere; Nam ita priorē paraphrasticè explicat. *6. Nympha, quæ in hortis habitas, quandoque propositam à me, & ab ipso coniugali ritu legem tam auidè accipis, & tam strenuè se seruaturam profiteris, hoc ipsum iam solemni formula testatum relinque, voce ita clara, vt amici, qui nostri connubij testes futuri sūt, audire possint, nempe modulato sono, vt mos est Epithalamicus.* Posteriorem verò sic declarat. *Faciam quod iubes, idque ita libenter, vt obuijs ad amplexendum vlnis clarè, & numerosè id ipsum cantando profitear, hic ergo solemnis, atque conceptus connubiali more cantus esto. O dilecte mi aduola ad amplexus meos non minus celeriter, quam ceruorum hinnulus festinare solet, sic per montes aromatum.* At quomodo cohærent hęc cum ijs, quę supra idem dixerat, illa verba c. 2. *Sub vmbra illius &c.* explicans, ea vmbrę metaphora solemne matrimonium indicari? *ait .n. hinc facile intelligitur quid sit obumbrare alicui, nempè super sponsam pallium extendere, idest cum ipsa coniugiū inire solemni ritu?* Reliquit tamen vir prudens sibi aditum effugiendi, nam ibi non determinat, an per hanc metaphoram declaret sponsa, matrimonium fuisse perfectè contractum, an sponsalia tantum inita. Scribit .n. *Vbi contractus ineundus esset, seu matrimonialis, seu sponsalitius sponsus extremam partem palij sponsæ capiti imponebat*, & infra *sponsa verè dicere potuit. Si sponsalia tantum inita, & non matrimonium, sub vmbra illius sedi, idest sub pallio.*

Ad nuptias quādo in Cantico deuentum.

Cāt. 8.14.

Cant. 2.3.

15 Cæterum longè probabilius est, non tantum sponsalia inita, sed etiam contractum matrimonium, quia non tantum inquit sponsa, se sub vmbra illius sedisse, sed etiā

Nuptias in hoc Cantico suponi.

dulcedinem gustasse, *& fructus eius dulcis gutturi meo*, neque verisimile est introductã à sponso (quod statim subiungit) in cellam vinariam, & accubuisse conuiuio, quod supra dixerat, nisi matrimonio iam ritè contracto. Neque Hymenæus ante nuptias cantabatur, quem tamen hic cantari, & ipse Sanctius concedit. Id ipsum verba illa *Egredimini filiæ Sion &c.* euincunt. Nam per diem desponsationis, non illum, in quo sponsalia tantum contracta, sed eum in quo connubium celebratum fuit intelligi ex vi originalis vocis colligit Alcasar, & diadema, quo in solemnitate nuptiarũ amiciebatur sponsus, non autem in sponsalium contractu id clarè demonstrat. Violenta quoque videtur expositio per illa verba, *fuge dilecte mi* consensum in matrimonium explicari. Debet.n.hic consensus claris explicari verbis, vt postea in dubium verti possit, hæc verò *fuge dilecte mi* festinatio tantum suadetur, & nihil prætere.

Cant. 2.3.

Cãt. 3.11.

Cãt. 8.14.

Tertia conditio sit verisimilis.

16 Tertio debet etiam fabula esse verisimilis, in quo differt à narratione historica, quæ circa veritatem versatur, vt Arist. docet, inquiens, *Sanè constat ex supradictis non poetæ esse facta ipsa propria narrari, sed quemadmodum, vel geri quiuerint, vel verisimile, vel omninò necessarium fuerit, & Horat.*

Arist.

Ficta voluptatis causa sint proxima veris
Nec quodcunq; volet, poscat sibi fabula credi.

An in hoc cantico reperiatur.

Hanc autem Cantici Canticorum (vt notant recentiores) fabulam parum esse verisimilem ex multis probatur. Primo ex verbis tam audacter à puella prolatis, illis .s. *osculetur me &c.* vt supra dictum est. Deinde noctu per vicos, & plateas puellam vagari, vt sponsum quærat, parum est verisimile, neque cæteris cohærens, vel.n. egressa fingitur è domo propria, & dictis non congruit, supponitur .n. sponsa domum habuisse (si tamen habuit) in mõte libani, vel è domo sponsi, at non est verisimile, cum hic fuerit ditissimus, vt permitteretur noue nupta sola sine comite exire. Dicent fortè non verè hæc contigisse, sed sponsam somniasse, & somnium retulisse. Verum somnia propria narrare, cum nihil futurum prçsignificant, inurbani, & imprudentis

prudentis est. Nihil autem in Cantico habetur, quod huic somnio sponsæ respondeat ergò incócinnè narratur.

Præterea nunquam refert sponsa se expergefactam, omnia ergo quæ sequuntur, ad eius somnia spectare videbuntur, quod puerile esset. Ipse etiam sponsus modò fingitur Rex, modò pastor, modò equitatum Pharaonis ducere, 60. Reginas habere. 80. concubinas, & adolescentulas absque numero, modò gregem pascere, ex quo etiam patet, nec conuenientem esse, nec debitum seruare decorem.

17 Ad mirabilis deniq; debet esse fabula, & morata, admirabilis, vt delectet, morata vt iuuet. Nam vt docet Horatius in arte Poet. *Quarta cõditio mirabilis sit.*

Horat.

Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci
Lectorem delectando, pariterque monendo.

Et quãuis Tragœdia lachrymas extorqueat, non propterea delectatione caret, imò tunc maximè delectat cum plurimum planctum excitat: Duo autem præcipuè sunt, ait Arist. *quibus maximè mortalium animas tragœdia delectat; Fabulæ quidem partes peripetia*, idest euentus in contrarium, *& agnitiones sunt*. Neutra autem harum in hac nostra fabula reperitur; Non peripetia, nam nulla in ea fortunæ aut affectuum mutatio apparet; statim .n. introducuntur amantes, sponsi, talesque semper perseuerant; Dices adesse fortunæ commutationem, dum fingitur sponsa quærere sponsum noctu per vicos, & plateas, & à custodibus vulnerari, ac deindè inuenire sponsum. Verum si hæc in somnia fuerunt, vt multi contendunt, nulla adest peripetia, quod si etiam vigilanti contigerunt, vt omittam esse inuerisimilia, non est commutatio; quæ admirationem, aut delectationem pariat. Amasiam .n. suam quærere dilectum, ac deindè illum inuenire, quid mirum, aut delectatione dignum nisi fortè dicamus nouum esse virum quæri à muliere, hoc tamen dato, non est hęc nouitas quę delectet, sed quæ potius tamquam indecens fastidium pariat. Agnitionis verò nullum est vestigium in hoc dramate. Hæc enim in eo posita est, vt alia persona declaretur

Arist.

Quæ admirationẽ, & voluptatem pariant.

Peripatia an hic adsit.

An Agnitio.

dulcedinem gustasse, *& fructus eius dulcis gutturi meo*, neque verisimile est introductā à sponso (quod statim subiungit) in cellam vinariam, & accubuisse conuiuio, quod supra dixerat, nisi matrimonio iam ritè contracto. Neque Hymenæus ante nuptias cantabatur, quem tamen hic cantari, & ipse Sanctius concedit. Id ipsum verba illa *Egredimini filia Sion &c.* euincunt. Nam per diem desponsationis, non illum, in quo sponsalia tantum contracta, sed eum in quo connubium celebratum fuit intelligi ex vi originalis vocis colligit Alcasar, & diadema, quo in solemnitate nuptiarū amiciebatur sponsus, non autem in sponsalium contractu id clarè demonstrat. Violenta quoque videtur expositio per illa verba, *fuge dilecte mi* consensum in matrimonium explicari. Debet.n.hic consensus claris explicari verbis, vt postea in dubium verti possit, hæc verò *fuge dilecte mi* festinatio tantum suadetur, & nihil præterea.

Cant. 2.3. | Cāt. 3.11. | Cāt. 8.14.

Tertia conditio sit verisimilis.

16 Tertio debet etiam fabula esse verisimilis, in quo differt à narratione historica, quæ circa veritatem versatur, vt Arist. docet, inquiens, *Sanè constat ex supradictis non poetæ esse facta ipsa propria narrari, sed quemadmodum, vel geri quiuerint, vel verisimile, vel omninò necessarium fuerit, & Horat.* (Arist.)

Ficta voluptatis causa sint proxima veris
Nec quodcunq; volet, poscat sibi fabula credi.

An in hoc cantico reperiatur.

Hanc autem Cantici Canticorum (vt notant recentiores) fabulam parum esse verisimilem ex multis probatur. Primo ex verbis tam audacter à puella prolatis, illis .s. *osculetur me &c.* vt supra dictum est. Deinde noctu per vicos, & plateas puellam vagari, vt sponsum quærat, parum est verisimile, neque cæteris cohærens, vel.n. egressa fingitur è domo propria, & dictis non congruit, supponitur .n. sponsa domum habuisse (si tamen habuit) in mōte libani, vel è domo sponsi, at non est verisimile, cum hic fuerit ditissimus, vt permitteretur noue nupta sola sine comite exire. Dicent fortè non verè hæc conti[illegible] somniasse, & somnium retulisse. V[illegible] narrare, cum nihil futurum præfig[illegible]

prudentis est. Nihil autem in Cantico habetur, [illegible] huic somnio sponsæ respondeat ergò incōcinnè narra[illegible]

Preterea nunquam refert sponsa se expergefactam[illegible] nia ergo quæ sequuntur, ad eius somnia spectare vid[illegible] tur, quod puerile esset. Ipse etiam sponsus modò fing[illegible] Rex, modò pastor, modò equitatum Pharaonis ducer[illegible] Reginas habere. 80. concubinas, & adolescentulas abs[illegible] numero, modò gregem pascere, ex quo etiam patet, [illegible] conuenientem esse, nec debitum seruare decorem.

17 Ad mirabilis deniq; debet esse fabula, & morata, ad-mirabilis, vt delectet, morata vt iuuet. Nam vt docet Horatius in arte Poet.

Horat.

Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci
Lectorem delectando, pariterque monendo.

Et quāuis Tragœdia lachrymas extorqueat, non propterea delectatione caret, imò tunc maximè delectat cum plurimum planctum excitat: Duo autem præcipuè sunt, ait Arist. *quibus maximè mortalium animas tragœdia delectat; Fabulæ quidem partes peripetia*, idest euentus in contrarium, *& agnitiones sunt*: Neutra autem harum in hac nostra fabula reperitur; Non peripetia, nam nulla in ea fortunæ aut affectuum mutatio apparet; statim .n. introducuntur amantes, sponsi, talesque semper perseuerant; Dices ad esse fortunæ commutationem, dum fingitur sponsa quærere sponsum noctu per vicos, & plateas, & à custodibus vulnerari, ac deindè inuenire sponsum. Verum si hæc in somnia fuerunt, vt multi contendunt, nulla adest peripetia, quod si etiam vigilanti contigerunt, vt omittam esse inuerisimilia, non est commutatio; quæ admirationem, aut delectationem pariat. Amasiam .n. suam quærere dilectum, ac deindè illum inuenire, quid mirum, aut delectatione dignum nisi fortè dicamus nouum esse virum quæri à [illegible] hoc tamen dato, non est hęc nouitas quę [illegible] potius tamquam indecens fastidium [illegible] llum est vestigium in hoc dra-[illegible] est, vt alia persona declare-tur

Arist.

[illegible]

Peripetia [illegible] in hac [illegible] fit.

An Agnitio.

dulcedinem gustasse, *& fructus eius dulcis g*[illegible]
verisimile est introductā à sponso (quod[illegible]
in cellam vinariam, & accubuisse conu[illegible]
xerat, nisi matrimonio iam ritè cont[illegible]
næus ante nuptias cantabatur, qu[illegible]
ipse Sanctius concedit. Id ipsu[illegible]
liæ Sion &c. euincunt. Nam p[illegible]
illum, in quo sponsalia tan[illegible]
connubium celel[illegible]rum [illegible]
colligit Alcasar [illegible]
amiciebatur sp[illegible]
id clarè dem[illegible]
per illa ver[illegible]
explicari[illegible]
vt postea [illegible] *[illegible]* e-
stinatio[illegible]

Cāt. 8.14.

16 [illegible] in quo
diff[illegible] verſa-
tu[illegible] *[illegible] non*
[illegible] vel geri
[illegible] & Horat.

Tertia conditio sit verisimilis.

Arist.

[illegible] recentio-
[illegible] probatur.
[illegible], illis .s.
[illegible] noctu per vi-
[illegible] quærat, parum
[illegible] egressa fingi-
[illegible] supponitur .n.
[illegible] in mōte libani,
[illegible], cum hic fuerit di-
[illegible] sola sine comite
[illegible] contigisse, sed sponsam
[illegible] Verum somnia propria
[illegible] significant, inurbani, & im-
prudentis

n co

...modò fing...
...onis ducere, 6...
...efcentulas abfque
...uo etiam patet, nec
...uare decorem.
...fe fabula,& morata,ad-
...iuuet. Nam vt docet Ho-

...qui mifcuit vtile dulci
...ndo, pariterque monendo.

...ragœdia lachrymas extorqueat,non prop-
...ione caret, imò tunc maximè delectat cum
...anctum excitat: Duo autem præcipuè funt,
...ibus maximè mortalium animas tragœdia delectat;
...dem partes peripetia,ideft euentus in contrarium,
...nes funt. Neutra autem harum in hac noftra fa-
...peritur; Non peripetia, nam nulla in ea fortunæ
...ffectuum mutatio apparet;ftatim .n. introducuntur
...ntes., fponfi, talefque femper perfeuerant; Dices ad
...c fortunæ commutationem, dum fingitur fponfa quæ-
...re fponfum noctu per vicos, & plateas, & à cuftodibus
...ulnerari, ac deindè inuenire fponfum. Verum fi hæc in
omnia fuerunt, vt multi contendunt, nulla adeft peripe-
tia, quod fi etiam vigilanti contigerunt, vt omittam ef-
fe inuerifimilia, non eft commutatio; quæ admirationem,
aut delectationem pariat. Amafiam .n. fuam quærere di-
lectum, ac deindè illum inuenire, quid mirum, aut de-
lectatione dignum nifi fortè dicamus nouum effe virum
quæri à muliere, hoc tamen dato, non eft hęc nouitas quę
delectet, fed quæ potius tamquam indecens faftidium
pariat. Agnitionis verò nullum eft veftigium in hoc dra-
mate. Hæc enim in eo pofita eft, vt alia perfona declare-

tur

Quæ admirationem & voluptatem pariant.

Peripetia an hic adfit.

An Agnitio.

dulcedinem gustasse, *& fructus eius dulci*
verisimile est introductā à sponso (qu
in cellam vinariam, & accubuisse co
xerat, nisi matrimonio iam ritè co
næus ante nuptias cantabatur,
ipse Sanctius concedit. Id ip
lia Sion &c. euincunt. Nam
illum, in quo spon
connubium celeb
colligit Alcasar
amiciebatur sp
id clarè dem
per illa verb
explicari
vt poste — bis,
stinati — fe- Cāt. 8.14

16 — in quo

Tertia conditio sit verisimilis.

di — versa-
— *ctis non* Arist.
— *vel geri*
— *& Horat.*

— recentio-
— multis probatur.
— prolatis, illis .s.
— noctu per vi-
— quærat, parum
— ,vel.n.egressa fingi-
— gruit, supponitur .n.
— buit) in mōte libani,
— le, cum hic fuerit di-
— nupta sola sine comite
— c contigisse, sed sponsam
— . Verum somnia propria
— gnificant, inurbani, & im-
prudentis

...nis in eo

...ectare v.
...am sponsus modò fin...
...itatum Pharaonis ducere,...
...binas,& adolescentulas absque
... pascere, ex quo etiam patet, nec
...ec debitum seruare decorem.
... deniq;debet esse fabula,& morata,ad-
...ectet,morata vt iuuet. Nam vt docet Ho-
... Poet.

...ne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci
...ectorem delectando, pariterque monendo.

Quarta cõditio mirabilis sit.

... quãuis Tragœdia lachrymas extorqueat,non prop-
...a delectatione caret, imò tunc maximè delectat cum
...urimum planctum excitat: Duo autem præcipuè sunt,
...t Arist. *quibus maximè mortalium animas tragœdia delectat; Fabulæ quidem partes peripetia*,ideſt euentus in contrarium, *& agnitiones sunt*. Neutra autem harum in hac nostra fabula reperitur; Non peripetia, nam nulla in ea fortunæ aut affectuum mutatio apparet;statim .n. introducuntur amantes, sponsi, talesque semper perseuerant; Dices ad esse fortunæ commutationem, dum fingitur sponsa quærere sponsum noctu per vicos, & plateas, & à custodibus vulnerari, ac deindè inuenire sponsum. Verum si hæc in somnia fuerunt, vt multi contendunt, nulla adest peripetia, quod si etiam vigilanti contigerunt, vt omittam esse inuerisimilia,non est commutatio; quæ admirationem, aut delectationem pariat. Amasiam .n. suam quærere dilectum, ac deindè illum inuenire, quid mirum, aut delectatione dignum nisi fortè dicamus nouum esse virum quæri à muliere, hoc tamen dato,non est hęc nouitas quę delectet, sed quæ potius tamquam indecens fastidium pariat. Agnitionis verò nullum est vestigium in hoc dramate. Hæc enim in eo posita est, vt alia persona declare-

Quæ admiratione, & voluptatem pariant.

Peripetia an hic adsit.

An Agnitio.

nuptias expectat, & quærat, hoc ergo principium inquit Sanctius esse in cap. 5. in illis .s. verbis. *Aperi mihi soror mea amica mea, columba mea &c.* Non .n. alia sunt quæ huic officio deseruire possint. Verum dum dilecta soror, & amica vocatur, & eius fores noctu à dilecto pulsantur, fatendũ est, hos amasios iam sibi amorem suum mutuum indicasse, non .n. similia verba ad ignotam, aut non amantem proferuntur, neque quisquam tam audax est, vt prima vice alloquens puellam, petat noctu ab ea in thalamum introduci, & idem colligitur ex responsione sponsæ, non .n. tanquam ab ignoto nomen eius exquirit, nec eius audaciam retundit, vt pudica puella erga ignotum suas fores pulsantem egisset, sed excusationes varias adducit. Parum etiam aptè, vsque ad caput .5. idest post mediam actionem distulisset Poeta actionis principium referre, cum hoc ignorato non possint reliqua perfectè intelligi. Caret igitur principio hæc actio, siue fabula, quasi animal sine capite.

Sanctius.

14 At quis erit finis? Non alium certè oportuit esse, quam desponsationẽ, siue matrimonialem cõiunctionem, siue nuptias (quę omnia in idẽ recidũt) spõsi, & spõsę, siue Amasij, & Amasię. Atqui has nuptias ego in hoc cantico non reperio. Pater Gaspar Sanctius acutè in illis verbis, *sub vmbra illius, quem desideraueram sedi*, fœdus coniugale agnoscit ex Hebræorum more, apud quos vbi contractus ineundus esset, seu matrimonialis, seu sponsalitius, sponsus extremam partem palij sponsæ capiti imponebat, & innuitur Ruth. 3. & Ezech. 16. & huc trahit illud Lucæ 1. *Et virtus altissimi obumbrabit tibi, quod*, inquit, *nihil aliud est quam Spiritum Sanctum Beatissimæ Virginis sponsum futurum*, quam explicationem antea quoque tradiderat hic Mich. Ghisl., & posteà copiosissimè locupletauit Aloysius noster Nouarinus in Vmbra sua Virginea. Verum hic non mihi describi videntur nuptię pręsentes, sed commemorari pręteritæ; difficilè .n. mihi apparet ante nuptias dixisse puellam Virginem, *fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur*, & id genus alia. Sed demus cap. 2. celebrari

Quisnam Cantici finis.

Gaspar Sanctius.

Luc. 1. 35.

Mich. Ghisl.

Aloysius Nouar.

Cant. 1. 13.

lebrari nuptias, cum hæ sint fabulæ, siue actionis finis, vlterius progredi Canticum non decebat, obtento .n. fine cessat motus, vel alius nouus motus incipit.

Gaspar Sanctius.

Non latuit hęc difficultas oculatissimum virum Gasparē Sanctium, vtque eum effugeret, & fabulam siue narrationem apto fine concluderet, conatus est vltimos duos versus huius Cantici, nempè *Quæ habitas in hortis &c. & fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnuloque ceruorū super montes aromatum*, ad solemne vinculum matrimoniale constringendū pertrahere; Nam ita priorē paraphrasticè explicat. *6. Nympha, quæ in hortis habitas, quandoque propositam à me & ab ipso coniugali ritu legem tam auidè accipis, & tam strenuè se seruaturam profiteris, hoc ipsum iam solemni formula testatum relinque, voce ita clara, vt amici, qui nostri connubij testes futuri sūt, audire possint, nempe modulato sono, vt mos est Epithalamicus.* Posteriorem verò sic declarat. *Faciam quod iubes, idque ita libenter, vt obuijs ad amplexendum vlnis clarè, & numerosè id ipsum cantando profitear, hic ergo solemnis, atque conceptus connubiali more cantus esto. O dilecte mi aduola ad amplexus meos non minus celeriter, quam ceruorum hinnulus festinare solet, sic per montes aromatum.* At quomodo cohærent hęc cum ijs, quę supra idem dixerat, illa verba c. 2. *Sub vmbra illius &c.* explicans, ea vmbrę metaphora solemne matrimonium indicari? ait .n. *hinc facile intelligitur quid sit obumbrare alicui, nempè super sponsam pallium extendere, idest cum ipsa coniugiū inire solemni ritu?* Reliquit tamen vir prudens sibi aditum effugiendi, nam ibi non determinat, an per hanc metaphoram declaret sponsa, matrimonium fuisse perfectè contractum, an sponsalia tantum inita. Scribit .n. *Vbi contractus ineundus esset, seu matrimonialis, seu sponsalitius sponsus extremam partem palij sponsæ capiti imponebat*, & infra *sponsa verè dicere potuit. Si sponsalia tantum inita, & non matrimonium, sub vmbra illius sedi, idest sub pallio.*

Ad nuptias quādo in Cantico deuentum.

Cāt. 8.14.

Cant. 2.3.

15 Cæterum longè probabilius est, non tantum sponsalia inita, sed etiam contractum matrimonium, quia non tantum inquit sponsa, se sub vmbrā illius sedisse, sed etiā

Nuptias in hoc Cantico supponi.

dulcedinem gustasse, *& fructus eius dulcis gutturi meo*, neque verisimile est introductā à sponso (quod statim subiungit) in cellam vinariam, & accubuisse conuiuio, quod supra dixerat, nisi matrimonio iam ritè contracto. Neque Hymenæus ante nuptias cantabatur, quem tamen hic cantari, & ipse Sanctius concedit. Id ipsum verba illa *Egredimini filiæ Sion &c.* euincunt. Nam per diem desponsationis, non illum, in quo sponsalia tantum contracta, sed eum in quo connubium celebratum fuit intelligi ex vi originalis vocis colligit Alcasar, & diadema, quo in solemnitate nuptiarū amiciebatur sponsus, non autem in sponsalium contractu id clarè demonstrat. Violenta quoque videtur expositio per illa verba, *fuge dilecte mi* consensum in matrimonium explicari. Debet.n.hic consensus claris explicari verbis, vt postea in dubium verti possit, hæc verò *fuge dilecte mi* festinatio tantum suadetur, & nihil præterea.

Cant. 2.3.

Cāt. 3.11.

Cāt. 8.14.

16 Tertio debet etiam fabula esse verisimilis, in quo differt à narratione historica, quæ circa veritatem versatur, vt Arist. docet, inquiens; *Sanè constat ex supradictis non poetæ esse facta ipsa propria narrari, sed quemadmodum, vel geri quiuerint, vel verisimile, vel omninò necessarium fuerit, & Horat.*

Tertia conditio sit verisimilis.

Arist.

Ficta voluptatis causa sint proxima veris
Nec quodcunq; volet, poscat sibi fabula credi.

Hanc autem Cantici Canticorum (vt notant recentiores) fabulam parum esse verisimilem ex multis probatur. Primo ex verbis tam audacter à puella prolatis, illis .s. *osculetur me &c.* vt supra dictum est. Deinde noctu per vicos, & plateas puellam vagari, vt sponsum quærat, parum est verisimile, neque cæteris cohærens, vel.n. egressa fingitur è domo propria, & dictis non congruit, supponitur .n. sponsa domum habuisse (si tamen habuit) in mōte libani, vel è domo sponsi, at non est verisimile, cum hic fuerit ditissimus, vt permitteretur noue nupta sola sine comite exire. Dicent fortè non verè hæc contigisse, sed sponsam somniasse, & somnium retulisse. Verum somnia propria narrare, cum nihil futurum pręsignificant, inurbani, & imprudentis

An in hoc cantico reperiatur.

prudentis est. Nihil autem in Cantico habetur, quod huic somnio sponsæ respondeat ergò incôcinnè narratur.

Preterea nunquam refert sponsa se expergefactam, omnia ergo quæ sequuntur, ad eius somnia spectare videbuntur, quod puerile esset. Ipse etiam sponsus modò fingitur Rex, modò pastor, modò equitatum Pharaonis ducere, 60. Reginas habere. 80. concubinas, & adolescentulas absque numero, modò gregem pascere, ex quo etiam patet, nec conuenientem esse, nec debitum seruare decorem.

17 Ad mirabilis deniq; debet esse fabula, & morata, admirabilis, vt delectet, morata vt iuuet. Nam vt docet Horatius in arte Poet.

Quarta cōditio mirabilis sit.

Horat.

Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci
Lectorem delectando, pariterque monendo.

Et quãuis Tragœdia lachrymas extorqueat, non propterea delectatione caret, imò tunc maximè delectat cum plurimum planctum excitat: Duo autem præcipuè sunt, ait Arist. *quibus maximè mortalium animas tragœdia delectat; Fabulæ quidem partes peripetia*, idest euentus in contrarium, *& agnitiones sunt*. Neutra autem harum in hac nostra fabula reperitur; Non peripetia, nam nulla in ea fortunæ aut affectuum mutatio apparet; statim .n. introducuntur amantes, sponsi, talesque semper perseuerant; Dices adesse fortunæ commutationem, dum fingitur sponsa quærere sponsum noctu per vicos, & plateas, & à custodibus vulnerari, ac deindè inuenire sponsum. Verum si hæc in somnia fuerunt, vt multi contendunt, nulla adest peripetia, quod si etiam vigilanti contigerunt, vt omittam esse inuerisimilia, non est commutatio; quæ admirationem, aut delectationem pariat. Amasiam .n. suam quærere dilectum, ac deindè illum inuenire, quid mirum, aut delectatione dignum nisi fortè dicamus nouum esse virum quæri à muliere, hoc tamen dato, non est hęc nouitas quę delectet, sed quæ potius tamquam indecens fastidium pariat. Agnitionis verò nullum est vestigium in hoc dramate. Hæc enim in eo posita est, vt alia persona declaretur

Quæ admiratione, & voluptatem pariant.

Arist.

Peripatia an hic adsit.

An Agnitio.

tur ab ea qua videbatur esse, vt si filius, aut frater reperiatur, qui videbatur hostis, vt contigit in Ioseph, qui à filijs Iacob agnitus fuit frater, cum videretur extraneus & in comite Tobię iuuenis, qui agnitus est Angelus, cum videretur homo, quæ agnitiones mirificè narrationes exornãt, & audientes voluptate afficiũt, huiusce modi autem nulla est in Cantico Canticorum, sicuti nec admirandi, & inopinati euentus, nullaque implexio aut nodus, in quorum solutione, sicut autoris ingenium se prodit, ita auditoris animus oblectatur. Quare dicebat Arist. *Tragœdiæ pulcherrimæ compositio non quidem simplex esse debet, sed implexa*. His igitur omnibus oblectationibus fabula, siue narratio Canticorum caret, & hæc quò ad dulce.

Arist.

Quinta conditio morata sit & vtilis.

18 Quo ad vtile verò, quod vt Horatius explicat, in salutaribus monitis tradendis situm est si spiritualem sẽsum eruamus, plurima procul dubio saluberrima monita, & mysteria suauissima reperiemus, at si in cortice literæ sistamus non video quid ad nostros mores instruendos elici ex eo possit, nisi fortè coniuges sibi mutuò seruare debere fidem, & mutuò se amare, quod lippis, & tonsoribus notum est. Nam si quæ alia documenta colligantur expositoris ingenio potius, quam ipsarum rerum gestarũ exemplo, aut sententiarum acumini videretur tribuendũ. Quare multo melius de Salomone mereri dicẽdus erit qui negauerit hoc canticum in modum vnius fabulæ, aut tragicomediæ compositum fuisse, quam qui affirmauerit. Longè.n. melius est ab aliquo opere abstinere, quam illud mancum, imperfectum, & illaudabile efficere, præcipuè autorem, qui maximam sapientiæ laudem assecutus alias sit; & ab opere præsertim poetico. Nam vt ait Horatius.

An hæc in Cãtico Salomonis.

Poeta aut sũmus aut nullus.

certis medium, & tolerabile rebus
Recte. concedi; consultus iuris, & actor
Causarum mediocris abest virtute diserti.
Messala nec scit quantum Cascellius Aulus
Sed tamen in pretio est. MEDIOCRIBVS ESSE POETIS NON HOMINES, non DII, NON CONCESSERE COLVMNAE.

Aucto-

Auctoris mens de Genere huius Cantici, & personis in eo concionibus aperitur.

EXCVRSIO XII.

Cant. 1.

Prima verba Cantici an sponso tribuenda.

1 CVM parum decenter sponsæ tribui illa verba *osculetur me &c.* ostenderimus cogitare aliquis poterit sponso assignanda esse, nec defuerunt, qui ità senserunt, quos adiuuare videntur sequentia verba, *quia meliora sunt vbera tua vino*, mulieribus .n. non autem viris vbera tribui solent. Verum neque hæc sententia mihi arridet, tum quia sponso verba, quę deinde sequuntur, non aptè assignarentur; tum etiam quia neque congruenter peteret sponsus oscula, cum illi ea potius dare, quam recipere conueniat, sed & multò magis, quoniam neque sponsum, neque sponsam existimo hoc cecinisse canticum, & quinam ergo, illud cecinerunt? Dicam breuiter Cantores ad hoc munus peculiariter destinati, siuè cognati, & amici, siuè etiam mercede conducti. Vtque hoc melius percipiatur.

A Cantoribus prolata.

Notandum est Antiquissimum, atque communissimū fuisse morem in nuptijs, & in traductione sponsarum canendi, vocabaturque hoc canticū Hymeneus siue Epithalamium. Estque hoc tam vulgare, & tritum, vt illud probare superuacaneum videatur; adducenda sunt tamen exempla nonnulla clarioris doctrinæ gratia Gen. 31. Laban legimus conquerentem cum Iacob, quod clam è domo sua cum vxoribus suis discessisset, atque dicentem. *Quare non indicasti mihi, vt prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis?* At cur Cantus, & soni adhibendi erant in Iacob digressu, nisi quia domū sibi despōsatas filias deducebat? moris autē erat huiuscemodi traductionem cum canticis, & musicis instrumentis comita-

Nuptiæ olim non sine cantu.

Gen. 31. 17.

ri.

ij, sed clarius 1. Machab. 9. traductio quædam sponsæ refertur, diciturque quod *sponsus processit, & amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tympanis, & musicis, & armis multis* atque de his cantilenis, siue epithalamijs intelligit Gaspar Sanctius verba illa Ier. 7. 34. *Et quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ierusalem vocem gaudij, & vocem letitiæ vocem sponsi & vocem sponsæ*, eratque hoc tam in nuptijs solemne, & necessarium, vt nefas videretur sine hac musica nuptias contrahere, quod Terentius in Adelphis indicat dicens.

Macrob. 9. 39.

Ier. 7. 34.

Terent.

Dem. *Vxorem accersis? Aesch. Cupio, verum hoc mihi mora est*

TIBICINA, ET HYMENEVM, QVI CANTENT act. 5. scen. 7.

In nuptijs Didonis, & Aeneæ quinã cantus.

2 Vtque Poetę comico Epicum adiungamus, scitè admodum Maro. in 4. Aeneidos coniugium Didonis, & Aeneæ in quadam spelunca describens, quoniam lampades in nuptijs deferri consueuerant, & cantus audiri ad vtrumque alludens dixit.

Virgil.

Prima, & tellus, & pronuba Iuno
Dant signum, fulsere ignis, & conscius æther
Connubij, SVMMOQVE VLVLARVNT VERTICE NYMPHAE.

Adlusum inquit Lud. Cerda hic, *ad faces nuptiales qua cũ deessent suffecta sunt è Cælo*, & infra *His adiũge Poetas nuptijs infaustis furias* sæpè *inducere*, quæ pro *CANTV NVPTIALI vlulent* Ouid. in Phylid.

Ouid.

Pronuba Tesiphone thalamis vlulauit in illis.

Ad hoc autem canendi munus aduocatos fuisse musicæ quosdam peritos, qui artem hanc canendi profiterentur valdè mihi sit credibile, sicuti etiam in funeribus, qui lamentarentur adducebantur iuxta illud Ierem. 9. *Vocate lamentatrices ad luctum*, & innuit Terẽtius, dum inquit differri nuptias ob cantorum defectum.

Ier. 9. 17.

Quanã canerentur in nuptijs.

Porrò quę canebantur in his Hymeneis in laudes sponsorum plurimum referebantur, vt S. Aug. testatur in psal. 44.

S. August.

psal. 44. dicens *solent dici ab scolasticis carmina quædam uxores ducētibus, & nubentibus, quæ vocantur Epithalamia, quicquid ibi cantatur ad honorem cantatur sponsi, & sponsæ*, quod etiam fatetur Pater Sherlogus dicens Ant. 3. sect. 3. subsect. 2. *Laudes igitur nubentium præcipuum Hymenæi argumentum sunt; vnde verba illa psal.* 77. Virgines eorum non sunt lamētatę: *ex Hebræo vocabulo* Hilalu, vel Helulu, *non pauci vertunt Rabinos secuti, non sunt laudatæ, vel exaltatæ .s. hymnis, & canticis nuptialibus. Placuit Genebrardo, Iansenio, Marianæ, Oleastro ad c. 12. Gen.* & Rursus Vest. 1. sect. 4. testimonium Musci antiquissimi Poetæ affert, qui cecinit.

Quare in canerentur in nuptijs.

Pater Sherlog.

Ps. 77. 63.

Genebr. Iansen. Marian. Oleastr.

Non sacras nuptias Poetarum quisquam laudauit
Non aut Pater, aut veneranda Mater Hymenæum cantauit.

Sanctius.

3 Sanctius quoque prolog. 5. Theocritum refert in Idilijs, & Epithalamijs suis laudes sponsorum cantantem.

Propter hæc igitur, & alia multa assero ego hæc Epithalamia, & hos hymenæos non ab ipsis sponsis, sed ab alijs siue domesticis, siue conductis decantatos fuisse. Id auctoritates, id ratio, id vsus præsens mihi persuadent. Auctoritates, nam testimonia, & exempla hucusque adducta, nō de cantibus sponsorum, sed aliorum apertè loquuntur S. August. ab Scholasticis inquit fuisse Epithalamia decantata, Muscus à Poetis, Virgilius à Nymphis, Dauid à quocunque alio; nam inquit Virgines non fuisse laudatas:

Epithalamia non à sponsis cātata.

Plautus.

Plautus quoque in Catina act. 4. sect. 3. effatur.

Age TIBICEN, dum illā adducunt huc nouam nuptā foras
Suaui cantu concelebra omnem hanc plateam Hymenæo &c.

Catullus in Iulię, & Mallij Epithalamio ad Hymenęum cantandum pueros aduocat dicens.

Prodeas noua Nupta
Tollite ò pueri faces
Flammeam videor videre
Ite concinnite in modum
Io hymen hymenæe Io.

Prius tamen ad eundem dicendum inuitauerat Virgines his verbis.

Vos simul integra
Virgines, quibus aduenit
Par dies agite in modum
Dicite ò hymenee hymen.

A Virginibus enim cantari consueuisse hymenæum testatur Theocriti interpres: Alexander autem ab Alexandro nuptiales ritus describens lib. 2. cap. 5. ait. *Ipsa verò* (sponsa) *domum egressa, præcedente, TIBICINE, ET EO QVI CANIT hymenæum.* *Apud Græcos verò Nubentium matribus*, inquit *tenere faces in nuptijs negotium datur simulque, carmina, & fascenninos versus, atque sacrum hymnum quemque Epithalamium vocant decantare.* & infra. *Græcis verò amabæum carmen in nuptijs modulatis vocibus canere solemne fuit, quod festo nuptiarum die Thetidis, & Pelei deos decantasse ferunt.* Nota deos decantasse non verò Peleum, aut Thetidem, sponsum, aut sponsam.

A quibus Hymenæus cantaretur.

Alexand. ab Alex.

4 Idem euincit fabula de ipso Hymenæo, quam refert Seruius in lib. 4. Aen. v. 99. & ex ipso Cerda. Fuisse enim .s. Magnetis filium Musicæ artis peritum pulchritudine muliebri, qui cum nuptias liberi Patris, & Atheæ religiosis cantibus celebraret, expirauit, & indè factum, vt nomē eius perpetuo carmine iungendis nuptijs celebraretur. Non ergo in proprijs nuptijs tanquam sponsus, sed ad alienas tædas nuptiale carmen canebat Hymenæus, sicuti & cæteri qui Hymenæum cantant, alioqui si ipsos sponsos hymenæum canere consueuissent, & ipsum hymenæum in nuptijs proprijs decantasse, & cantando expirasse potius consueuissent.

Hymenæi fabula.

Seruius.

Denique à quibuscunque alijs præter quam à sponsis hymenęi canebantur. Nam turbam quoque hymenęum, siue Thalassium apud Romanos nubentibus acclamare consueuisse Plut. in Pompeio docet, vbi de nuptijs ipsius cum Antistia agens ait. *Turba veluti præmonita nuptiale illud verbum Thalassium ex veteri ritu acclamauit.* Respondere autem Romanum thalassium Græco hymenæo monet, idē Plut. in Romulo, & quæst. 31. Romana, vbi sic legitur.

Thalassij quid.

Plutar.

Cumque

Cumque fæliciter illud coniugium (de Thalassio Romuli dicit loquitur) *cecidisset, morem introduxere latini alijs quoque Thalassium accinendi, vt Hymenaeum Græci solent*, cui accedit Io: Tzetes chiliade 13. hist. 496. scribens.

Sicut ergo hunc hymenæum Græci vocant in nuptijs
Ita vocat, & Thalassium gens latinorum.

5 Porrò vsque ad nostra tempora alicubi, vt Mediolani huius ritus nonnullæ reliquiæ remanserunt. Nam sponsā è domo propria prodeuntem pueri hymenæum, voce tamē aliquantum deprauata acclamantes comitari solent.

Fascennini versus ob quid in nuptijs canerentur.

Iungebātur autem antiquitus his acclamationibus fœscennini versus iocorum, conuitiorum, ac lasciuiarum plenissimi, de quibus Sen. lib 7. contr. 6. *Inter nuptiales fæscenninos in trucem generi nostri iocabantur*, & Claudianus in Epithal. Honorij, & Mariæ.

Sen.

Claudiā.

Promissisque iocis turba licentior
Exultat tetricis libera legibus.

Miraberis fortasse lector fuisse in sponsos per huiusmodi versus iactata conuitia, cum potius laudibus concelebrari debuissent, causamque huius ritus percipere cupies, quam tibi non inuidebo, est. n. & scitu digna, & meę causæ accommoda; eamque tradit eruditus vir Franciscus Bernardinus Ferrarius lib. 6. de veterum acclamationibus cap. 25. cum quo noto existimasse veteres periculum à fascino ijs esse, qui impensius vel ipsi laudarēt se vel ab alijs præsentes laudarentur. Huic autem periculo, vt occurrerent, aliquo se amuleto premunire consueuerint. Cum igitur mos esset laudibus ornare sponsos ad fascinū auertendum fascenninos statim adijci ab acclamātibus pueris iubebant. Innuit hoc Festus, qui in verbo fascennini, ait *Fescennini versus, qui canebantur in nuptijs ex Vrbe fescennina dicuntur allati, siue ideò dicti, quia fascinum putabantur arcere*, & verè fascinum superbia, aut vanagloria erat, quæ laudibus proprijs auditis in corda sponsi, & sponsæ suboriri facilè poterat, ad quam comprimendam quid equidem aptius inueniri poterat? Hinc Catullus in suo nuptiali carmine

Frāc. Bernard.

Fascinum timebatur à laudibus

Festus.

 sæpius

sæpius laudato post exornatam laudibus sponsam, subijcit statim;

Catullus.

Nec diu taceat procax
Fescennina locutio.

Metuens .s. ne laudibus ijs noua nupta fascinaretur, admonet pueros, vt fescennina carmina statim acclament Fascini .s. periculum depulsura, qua ratione verosimile quoque est in triumphātem iactata probra teste Suetonio in Iulio Cæs. c.99. & Alex. lib.6. c.6.

Sueton. Alexand. ab Alex.

In Triumphantē cur iactata probra.

Non igitur sponsus, aut sponsa, sed alij quilibet hymenæum, aut carmina nuptialia decantabant.

6 Quare Ecclesia quoq; describens nobis S. Cæciliæ nuptias, eam tantum in corde suo canētem celebrat, ait. n. *Cantantibus organis Cæcilia Deo decantabat in corde suo.*

Suffragatur etiam Rex Propheta, qui Epithalamium psal.44. cecinit, immo, & psalmo 67. vt contendit Sanctius prolog.6., neque tamen sponsus, aut sponsa ea canere finguntur; sed Propheta tamquam ore proprio prolata exprimit, vt ipse testatur dicens. *Dico ego opera mea regi*, & licet psal.44. velint nonnulli apud Pinedam lib.5. c.4. de rebus Salomonis decantandum fuisse à fœminis sponsi, & sponsæ amicis, eo quod in titulo vbi nos legimus *pro dilecto* in Hebræo sit verbum generis fœminini, & multitudinis, quasi sit sensus *Canticum dilectionum aut dilectarum*, non tamen ab ipsis sponsis decantandum autumant, quare & hi à nobis stant, cum autem, vt idem Sanctius affirmat Salomō in epithalamio pangendo parentem suum sit imitatus, idē quoque de eo est affirmandum. Idem colligitur ex Epithalamijs post Salomonē compositis *quorū auctores*, inquit Sanctius, *sapientissimum hunc Regem æmulati sunt*, atqui in nullo eorum, quod ego sciam, sponsi introducuntur ore proprio loquentes si. n. adesset exemplum, silentio non præterijssent recentiores, ergo nec Salomon, à quo regulas Epithalamiorum illi mutuati sunt, eos introducit.

Dauidis Epithalamia ab eo cantata.

Psal. 44.1.

7 Ratio quoque id persuadet. Quis. n. nescit quantū in ore proprio laus sordescat, inuidiamque pariat? Acutè Martialis lib.1. Epig.32.

Ratione id ipsum probatur.

Bella

Marcial.

Bella es,nouimus, & puella, verum eſt
Et diues, quis enim poteſt negare?
Sed DVM TE NIMIVM fabula laudas
Nec diues, nec bella, nec puella es.

Laus in ore proprio ſordeſcit.

Plutar. Qua de re optimè quoque Philoſophatur Plut. opuſc. *Quomodo quis ſe laudare poſsit.* Cum ergo Epithalamia in ſponſorum encomium recitarentur, quis credat ab ipſiſmet ſponſis decantata? Qui victor eſt in iſthimico certamine, non ipſe victoriam, nec ſuas proprias laudes canit, ſed adeſt tibicen, qui eas famæ donat, aut Poeta Epicinium canit, & quamuis filius Iſai optimè canere, & pſallere, & citharam pulſare noſſet, non ipſe tamen ingentem illam victoriam, quam de Gigante Philiſtęo obtinuerat, cecinit, ſed puellarum chori canebant. Cum ergo & ſponſi tamquam victores in nuptijs coronentur, & laudentur, non eſt dicendum ab ipſis laudes proprias cantari, ſed ab alijs.

Dices, quemlibet ſponſum non laudes proprias, ſed alterius coniugis canere. Verum hoc in idem recidit. Nam ſponſus, & ſponſa iam non ſunt duo, ſed vna caro; laudans ergo ſponſus ſuam ſponſam, ſe ipſum laudare videtur, cùmque præcipiat ſapiens, *laudet te os alienum, & non os tuum,* qui ab ore ſuæ ſponſæ laudatur, non ab ore alieno laudem recipit, *mulier enim ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir,* quare os eius non eſt à ſponſa alienum. Imò per alienum interprete B. Quirino de Salazar, cum intelligit, *qui cum neceſsitudinis, cognationis, aut familiaritatis nihil intercedit, eam enim vim habet verbum Hebraicum Zur.* Quæ expoſitio ſequentibus verbis confirmatur, *Extraneus, & non labia tua.*

An ſe mutuo coniuges laudarent.

Prou.23.2 1.Cor.7.4.

Longè profectò maior, & arctior eſt ſponſi cum ſua cõiuge coniunctio, quam diſcipuli cum ſuo Magiſtro, S. tamẽ Marcus, quia Petri diſcipulus erat, in eius ſe laudes effundere erubuit, quod meritò B. Petrus Dam. ſer. 14. & 1. de S. Marco admiratur: *Nam cum cæteri Euangeliſtæ,* inquit, *ſublimia B. Petri merita & principalem celſitudinis gloriam frequenter enumerent, ſolus iſte, ſi totus Euangelij ſui tenor inquiritur, vix aliquid ſuper Magiſtro ſuo retuliſſe, quod ad laudem eius perti-*

B. Pet. Dam.

S. Marcus à laud. S. Pet. cur abſtinuerit.

pertineat, *inuenitur*. postquè multa, quibus hanc Marc modestiam comprobat, & extollit, affirmat, ita B. Marcum veritati deseruire voluisse, vt tamen assentatoris non incurreret suspicionem. *Sicq*; (sunt eius verba) *veridici scriptoris impleret officium, vt persona cuiuslibet ignorando fauorem assentatoris non incurreret naeuum*. Et infra: *& qui non delectabitur suis laudibus, abstinuit alienis*. Ita ergo & sponsi, si se mutuis laudibus extollerent, & ambirent laudes, cum alterum laudando, ad se præconijs efferendum cum prouocarent, viderentur, & assentationis crimen non effugerent, proprijsque se laudibus delectari declararēt, dum in alienas tam sollicitè incumberent. Præterea ex composito se mutuo laudare, si laudes proprias non est canere, est saltem alterum in sui ipsius laudes prouocare; quod etiam ambitiosum; & reprænhensibile est, quo vitio fortè laborabant Pharisæi, ad quos dixit Dominus. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis?* Io. 5. 44. & Paulo Samosateno Episcopo vitio iure optimo datur, quod mulieres, quæ inanes cantilenas in ipsius laudes funderent, parauerat.

Paul. Samosat. ambitio.

Ioan. 5. 44. Baron. an. D. 27.

Obiectio. *Responsio.*

8 Dices ergo neque alij cantores, qui hymenæum canerent, parandi erant, cum & ab ipsis laudes proprias essent sponsi audituri. Resp. probabile mihi videri non ab ipsis sponsis hos euocatos, sed ab amicis, & cognatis, vel ipsos spontè accedere solitos, quòd si ab ipsis sponsis vocabantur, non vt ipsi laudarentur hoc fiebat, sed vt Deo laudes darent, & fausta sponsis acclamarent, quamuis ipsi cantores. Laudes etiam coniugum admiscerent. Nam, & Plato lib. 5. de Republ. eam matrimoniorum formam præscribit vt sacra fiant, & hymni à Poetis quibus nuptiæ celebrentur.

Plat.

Vix loqui sponsi possunt.

Alia quoque ratio id suadet, sponsæ videlicet pudor & modestia, de quibus supra egimus. Nam ne loqui quidem audent nouæ nuptæ nedum canere coram multis præsertim; neque minus impeditus est sponsus si amore ardet, nam coram muliere amata pallescere, & obmutescere amasij so-

Catullus. sij solent, vt de se ipso fatetur Catullus his verbis.

Nam simul te Lesbia aspexi nihil est supermi
Quod loquar amens, LINGVA, SED TORPET &c.

Amans coram amata obmutescit.

Nec non Pindarus noster Ethruscus cecinit dicens.

Eueggio hor ben, che caritate accesa
Lega la lingua altrui li spiriti inuola.

Et linguam suam accusans aiebat.

Che quando piu il tuo aiuto mi bisogna,
Per domandar mercede, al hor ti stai
Più fredda, e muta, e se parole fai
Sono imperfette, e come di huom, che sogna?

Fontis solis mira proprietas.

9 Et in quadam Cantilena mentionem facit fontis, qui dicitur solis, quoniam hoc præsente frigescit, eodem absente ardet, & hanc similitudinem sibi aptat, ex quo symbolum quoque sibi quidam composuit adiuncto lemmate.

Ardo in assenza, e in sua presenza agghiaccio;

Et antea Dantes.

Era la mia virtù tanto confusa,
Che la voce si mosse pria si spinse,
Che da gl organi suoi fosse dischiusa.

Quare, & apud alium celebrem Poetam nouus quidam sponsus dicebat.

Come parlar posso io
Se non sò d'esser viuo?

Quod fortè Iacobo Patriarchæ contigit, nam credens se amata Rachele potiri, non agnouit se loco eius Liam vxorem duxisse, in quo facilè deceptus non esset, si cum eâ collocutus fuisset. Quod si etiam fateamur neque pudore, neque amore alligatas esse nouorum côiugum linguas. Quis sibi saltem non persuadeat libentius nouos sponsos inter se collucuturos, & ex mutuo aspectu voluptatẽ hausuros, quam in Epithalamium vocem effusuros? Non est igitur verisimile hoc onus canendi nouis nuptis fuisse impositum, imò credibile magis est, vt ab alijs caneretur institutum, quò cæteris modulationi, & harmoniæ intentis, liberius sponsi sua mutuò sibi corda aperire possent, qua

Nuces cur in nuptijs spargerentur.

ratione

ratione fortassis etiam nuces à marito spargebantur iuxtà illud Eclog 8. *Sparge marite nuces*, vt .s. illis colligẽdis pueri intenti, sponsis non essent impedimento, aut rubori, à quo non longè abest Varro, quem sequitur Seruius, nuces .s. spargi, vt earum strepitu Virginis gemitus obruerẽtur.

Virgil.

Varro. Seruius.

Vsus nostra sẽtẽtia suffragatur.

10 Vsus denique nobis opitulatur, quamuis enim nũc quoque cantus, & soni in nuptijs adhibeantur, ipsi tamen sponsi nullatenus canunt. Dices, infirmum esse argumentum, quoniam facillimè temporis decursu mores, & consuetudines mutantur. Respondeo non adeò infirmum esse argumẽtum, quoniam licet mores alicuius peculiaris populi mutationi facilè subiaceant, mores tamen in quibus omnes gentes conueniunt, cum videantur naturæ quodãmodo congeniti, non facilè variantur, sicuti neque ea, quę sunt de iure gentium. Atqui mos in nuptijs canendi per omnes gentes peruagatus est, & ab Hebræis .n. & à Gentibus, & à Græcis, & à Latinis & ab Asiaticis, & ab Europęis, & ab Africanis obseruatus fuit, ergo credibile est non adeò fuisse mutatum, vt illius veteris ritus, quo sponsos cecinisse asseritur, nullum vestigium superesset. Confirmatur quoniam nulla adueniente noua ratione mutationes fieri non solent, sed manentibus ijsdem causis, ijdem solent prodire effectus. Aqui causæ, quæ sponsos à cantu abstinere suadent .s. Pudor, & Amor non minus antiquis illis temporibus efficaces fuerunt, quam nũc, ergo eosdem quoque credendum est peperisse effectus. Concludo igitur in nuptijs antiquitus adhibitos quidem fuisse cantus, qui Epithalamia vocitantur, at ipsos sponsos omninò abstinuisse à cantu. Cumq; fateantur omnes Epithalamium fuisse hoc Salomonis Canticum, cõsequenter neque spõsum, neque sponsam ipsum modulatos esse, sed Cantores alios, & musicos.

Manentibus causis permanent effectus.

11 Quod etiam ex ipsomet Cantico comprobatur. Nã in eo bis inuitatur sponsa ad canendum siue loquendum semel cap. 2. illis verbis. *Sonet vox tua in auribus meis, vox .n. tua dulcis, & facies tua decora.* v. 14. Iterum verò cap. 8. v. 13.

Cant. 2.

v. 13. ***Quæ habitas in hortis, amici auſcultant***, fac me audire vocem tuam, atqui ſi vt volunt recentiores, iam ſæpius ſponſa cecinerat, eiuſq; vox audita fuerat, & erat denuò auſcultanda, fruſtrà, & inſulsè ad ſuam promendam vocem inuitaretur.

Sponſa ad cantum ſiue loquelã inuitatur.

Præterea nõ canebatur Epithalamium niſi vtroque cõiuge præſente atque ferè omnes volunt prima illa verba *Oſculetur me oſculo oris ſui*, à ſponſa ſponſo abſente fuiſſe prolata, ergo vel non eſt hoc canticum Epithalamium vel malè ſponſæ illa verba adſcribuntur, quod enim ait Sherlogus illa veba ad prologum ſpectare, reprobatũ iam fuit & iterum reijcitur, quoniam in prologo argumentum fabulæ explicari ſolet ſiue poeta ſe ipſum aduerſus calumniatores defendere neutrum autem in hoc prologo pręſtatur. Prologus etiam ad auditores dirigitur; at hic nullum verbum ad auditores, ſed vel ad ſponſum, vel ad ſocias adoleſcentulas; ergo dici non poteſt prologus, ſed verè eſt cantici principium.

Prima verba Cantici an proemiam.

P. Sherl.

In mea igitur ſentẽtia ſuppono ego ſponſos ambos, affuiſſe, & nuptias celebraſſe, interim autem cantores hoc Epithalamium ceciniſſe, atque ſponſæ deſiderium, quod ipſa præ pudore in corde retinebat aperuiſſe, eius nomine dicentes, *Oſculetur me oſculo oris ſui &c.* Nam, & Neoterici Cantores id generis cantiunculas habent, quas vulgari idiomate appellamus *Madrigali*, in quibus ſimiles prouocationes ad oſcula, & amplexus impunè leguntur, quas tamen ſponſos ipſos proferre non deceret. Imò non in perſona ſolius ſponſæ, ſed etiam ſponſi hæc verba prolata fuiſſe à cantoribus vt mutuum eorum amorem, & ſe oſculandi deſiderium ſignificarent, probabile exiſtimo. Nam & vbera, ſponſæ magis quam ſponſo, congruunt, & aptus ordo poſtulare videtur, vt in communi aliqua prius dicantur, deinde, quæ ſigillatim alteri eorum conueniunt proferantur, atque hac ratione, & ſponſorum pudori conſultum eſt, & à Salomone nihil ineptum, aut inſolens eſt confictum.

Auctoris ſententia magis declaratur.

In Cantico Salomonis an plura Epithalamia.

12 Sed vlterius inquiret aliquis, An vnum tãtum contineatur Epithalamium hoc cantico, an verò multa? Dicã quod mihi verisimilius videtur. Plura .s. esse Epithalamia, quę fortè diuisim iuxta diuersas opportunitates nuptiarum à Salomone condita fuerunt, sicuti etiam in libris musicalibus multæ cantiunculæ, quarum vna ab altera non pendet, repeririuntur; Moueor primò, quoniam hac ratione magna cura liberamur partes huius cantici inter se connectendi, quod parum feliciter recentiores tentasse mihi videntur. Præterea quoniam tam varia, & ferè contraria sunt, quæ de sponso, & sponsa dicuntur vt ægrè vni, & eidem personæ aptari possint, modò enim Pastor sponsus describitur, modo Rex, modo dicitur sponsa tenuisse sponsum, nec dimissuram donec introducat illum in domum matris suę c. 3. 4. modo eundem quęrit vt in domum matris suæ ducat Cant. 8. 2. modo sponsa se nigram fatetur c. 1. 5. paulò post à sponso lilium quod est candidissimum appellatur, ad hæc in tam breui carmine multa repetuntur, & spõsa sæpius minimum ter somno sopita legitur 1. C. 3. 5. 2. cap. 5. 2. 3. cap. 8. 4. & bis adiurantur filiæ Ierusalem, ne eam suscitent, quæ in diuersis cantiunculis reperiri nullum est absurdum, at in eadem non facilè laudari potest. Non defuturas solertibus ingenijs excusationes, & responsiones scio, sed ego non vt argumenta inuincibilia, sed vt coniecturas tenues profero.

Titulo Cãtici idem probatur.

Accedit titulus Cantici Canticorum, qui licet communiter explicetur de excellentia Cantici super alia omnia Cantica, innuit, tamen multa Cantica hoc canticum complecti sicuti Cælum Cælorum illud dicitur, quod reliquos Cœlos omnes amplectitur, & sæcula sæculorum ea, quæ omnia sæcula comprehendunt, & Sancta Sanctorum locus dicitur, qui Sanctissima quæque continebat, quare etiam Sancti Patres sæpè plurium Canticorum nomine hunc librum appellant. Imò, & Ecclesiasticus cap. 47. 18. Cantilenarum Salomonis meminit per quas Ghisl. in præf. cap. 4. hunc canticum Canticorum intelligit.

P. Ghisl.

Auctoritate

Auctoritate eadem sententia comprobatur.

EXCVRSIO XIII.

Sherlog.

Didacus Celada.

Nouitas veritati non repugnat.

1 QVamuis propter nouitatem non sit aliqua sententia reijciêda, vt copiosissimè probat Sherlogus Antel. 4. sect. 13. & 14. & Didacus Celada in cap. 11. Iudith. §. 57. & nos quoque disp. 3. proem. in libro Arist. de Gener. quęst. 4. sect. 5. persuadere conati sumus. Nam vt acutè, & grauiter ait Sen. ep. 13. *Patet omnibus veritas, nondum est occupata multum ex illa etiam futuris relictum est. Quid ergo? non ibo per priorum vestigia? Ego verò vtar via veteri; sed si propiorem inuenero, hanc muniam.* Quamuis inquam hęc ita se habeant, magnum tamen opinioni nuperæ fulcimentum accedit, si ab antiquitate quoque testimonium habeat; ità vt licet nouiter in lucem emergat, videatur tamen in antiquitate delituisse, & ab eadem vires quoque desumere; quod in hac nostra contingere, me planè ostensurum non despero.

Sen.

Ecclesia auctoritate nostra pater sententia.

2 In primis ergo adest auctoritas, qua nulla post Deū est maior Ecclesiæ S. Cathol., quę in officio paruo B.M.V. & in communi Virginum hanc antiphonam instituit: *Ante thorum huius Virginis frequentate nobis dulcia cātica Dramatis*, quibus verbis eam ad hæc Salomonis Cantica alludere Affirmat P. Ghisl. in pręfat. dicens *excitans fideles quosque vt in honorem B.V. qua iam ad nuptiarum thalamum peruenit, ea frequenter concinant cantica, qua Salomon iam multis ante sæculis in domum dramatis canenda composuit*. Hinc ergo argumentor. Ante thorum Virginis canenda sunt hæc Dramata ergo non ab ipsa Virgine, aut eius sponso, qui simul cū ea in eodem thalamo cōmoratur; sed à Cantoribus extra thorum existentibus non ergo in ea sententia est Ecclesia

P. Ghisler.

Epithalamia ante chorū cantata.

quæ affirmat ab ipsis sponsis esse hæc cantica decantata, vt recentiores arbitrantur, sed nobiscum sentit, tacentibus sponsis, ab alijs cantu fuisse prolata. Non enim hæc dixisset Ecclesiâ, nisi sciret moris esse, vt ante Virginis, & sponsæ thorũ Epithalamia canerentur. Quare omnes ferè antiphonas pro officio B. M. V. ex ipsis canticis desumpsit ex quo etiam aliud argumentum deducitur. Nam ex hoc cantico nemo vnquam comœdiam, aut fabulam theatralem collegit, at vero cantiunculas quales sunt antiphonæ, & quæ vt diximus Madrigalia nuncupantur, siue Mottetta, & Ecclesia, & alij, desumpserunt, quod argumento est instar huiusmodi cantiuncularum, non verò comœdiæ fuisse hoc Canticum compositum.

Obiectio ex Ecclesiæ verbis.

3 At retorquebit fortasse quispiam contra nos argumentum. Nam Drama est compositio, in qua Poeta non loquitur, sed alios loquentes inducit. & quod actione, & gestibus non minus quam voce repræsentatur. Cum igitur hoc Canticum sit Dramaticum, vt Ecclesia innuit, sequitur vt colloquentes in eo personę audiantur, hæ autẽ aliæ esse non possunt, quam quæ à recentioribus confinguntur sponsa s. sponsus, & ipsorum sodales.

Resp.

Respondeo Poeticis Drama solere quidem in acceptione declarata sumi: sed Cantica Dramatis ea cantica etiam significare, in quibus non in propria persona ipse Poeta loquitur, sed affectus, & collocutiones, responsiones aliorum refert, quod in Epithalamijs vsuuenire solet nam musici quidem ipsi cantant, sed sponsum, & sponsam sæpè loquentes fingunt, sicuti cum Isaias in c. 63. in persona Angelorum loquitur. *Quis est iste qui venit de Edom &c.* hanc locutionẽ dramaticam appellat S. Greg. Naz. orat. 42. vbi Scholiastes eius Nicetas. *Has apud Isaiam* inquit, *interrogationes, & responsiones Theologus Dramaturgiam vocauit, nõ falsam compositionem intelligens, quales sunt actus fabulosi, sed genus scribendi ita institutum, vt personas loquentes habeat:* Vbi nota non esse necessè ad compositionem Dramaticã, vt in scena â diuersis personis repræsentetur, siue agatur, quod Dramatis vocabulum

Cantica dramatis quænã sint

Isai. 63. 1.

S. Greg. Naz.

bulum propriè significat, sed satis est, vt personæ loquentes referantur, quod in Cantico Canticorum fieri, inficias non imus.

4 Alia quoque ratione dramatica dici possent Cãtica, non quia in scena agantur, sed quoniam actione, & gestu corporis id quod voce profertur, etiam exprimitur, hoc.n. pacto drama definiuit Iul. Cæsar Scalig. lib. 1. Poet. c. 3. *Genus .s. dialogisticum esse, quod quia gestu, & actione, quod voce profertur, exprimit Drama vocatur, & magis in rem nostram Sherl antil. 1. sect. 6. n. 41. Puto inquit Virgines quæ ante genialem thalamum hymenæum canerent, sic cantare solitas, vt gestu, & actione exprimerent, voce quod meloda proferrent*, in cuius confirmationem affert hanc antiphonam: *Ante thorum &c.* & suffragari videtur dictum Aristenæti lib. 1. ep. 10. de cantibus nuptialibus, ita.n. scribit. *At Virgines æquales perfectum tum demum Hymenæum cecinere &c. Alius canticis applaudere dexteraque contractis digitis subiecta læua palmam ferire, vt manus complosæ cymbalorum in modum dulcem sonum ederent*, Priorem tamen expositionem Ecclesiæ menti esse magis consonam, probatur, quoniam ad ea Cantica credẽdum est eam nos hortari, quæ deinde ipsa canenda proponit, & canit, non vult autem Ecclesia nos actione, & gestu cantica aliqua exprimere, sed voce tãtum, hæc igitur sũt, quæ Cantica dramatis appellat, alioqui aliud verbis præciperet, & aliud exemplo doceret, quod non est probabile, nisi metaphoricè actiones, & gestus pro affectibus cordis, aut operationibus, quod absurdum non esset, sumamus. Cantica igitur dramatis nos canimus cum antiphonas ex Cantico Canticorum excerptas in honorem Virginis recitamus.

Iul. Cæs. Scalig.

P. Sherl.

Aristen.

Dramatis alia ratio.

5 Dices nos recidere in opinionem recentiorum. Nam idem videtur inducere aliquam personam loquentem, vt recentiores faciunt, & aliquem eius verba referre, quod nos volumus, si.n. verba indecentia essent, non minor iniuria per hunc posteriorem modum, quam per illum priorem illi inferretur.

An sententia nostra coincidat cum communi.

Respon-

Respondeo si vellemus nos verba, & collocutiones spõsorum tamquam ab ipsis verè habitas cantores referre, argumentum procederet, at non hoc volumus nos, sed à cantoribus verba exprimi, quę ab ipsis quidem prolata non fuerunt, sed quę probabiliter creditur ipsos esse dicturos, nisi pudor obsisteret, & quæ corde dici nullum est probrũ. Sponsam.n. sponsi oscula, & amplexus expetere, repręhendi non potest, si tamen palam ea efflagitaret, impudens videretur. Si ergo Cantores inducantur, qui ipsius nomine dicant *Osculetur me osculo oris sui*, quod nos volumus, nihil absurdi sequitur, at si dicamus (quod recentiores effantur) sponsam ore proprio illa verba protulisse, impudentiæ crimen non video quomodo declinari possit.

Gallieni Imperat. Epithalamium.

6 Ita etiam laudatur Imperator Gallienus, qui in nuptijs suorum nepotum Epithalamium cecinit, nubentium manus tenens, quod tamen si ipsi cecinissent, tanquam impudentes repræhenderentur, fuit autem sequens.

Ite simul pueri, pariter sudate medullis
Omnibus inter vos, non murmura vestra columbæ
Brachia non hederæ, non vincant oscula conchæ.

Alia quædam Epithalamia.

Cumquæ omnes Poetæ Græci Epithalamia recitassent per dies plurimos, ipsius tamen carmen inquit Giraldus inter centum Poetas præcipuum habitum fuit. Claudianus quoq; in Epithalamio Palladij, & Serenæ similia cecinit dicens

Lelius Girald.

Claud.

Oscula mille sonent, liuescant brachia nexu.
labia ligent animos

Et in Epithalamio Honorij, & Mariæ

Tam iunctis manibus nectite vincula
Quam frondis hederæ stringitur Aesculus
Quam lento premitur palmite populus,
Et murmur querula blandius alite
Linguis assiduè reddite mutuis,
Et labris animum conciliantibus

Nec dissimilia sunt, quæ cecinit Catullus in Epithal. inquiens.

Catullus.

Ille

Ille puluis Erythræi
Syderumque micantium
Subducat numerum prius,
Qui vestri numerare vult
Multa millia ludi &c.

Hæc igitur, & id genus alia Poetę canunt in nuptijs, quę ab ipsis nubentibus si dicerentur inurbanum videretur, & impudens, non dicerentur tamen à Poetis, nisi scirent hæc libenter audiri, & corde expeti, licet tacente lingua, & interdum etiam sponsos loquentes fingunt, vt quidam Italus Poeta nobilis.

A poetis detenter dicuntur, quæ indecèter à ipsis.

Dice l'vn sé quest'alma hor viue, e spira
Viue de spirti tuoi, sé tu de miei:
L'altra languisci pur, languisco anch'io
Ardo del fuoco tuo, s'ardi del mio.

Claudianus.

Claudianus quoq; in Epithalamio Honorij ipsum inducit loquentem, atq; inter alia.

Quid diuidis ergo
Pignora? Quid iuueni vatam non tradis alumno?
Optatus ne dies aderit, dabiturne iugalis,
Nox vmquam? Tali solatur vulnera questu.

7 Ex quibus colligitur non dedecere Poetas in Epithalamijs ea palam canere, quæ in sponsorum corde secreto versantur, & ab ipsis propalari pudor vetat, ac proindè per nostram sententiam optimè consuli pudori virgineo, cum velimus à concinentibus Epithalamia verba illa *Osculetur &c.* fuisse prolata, non verò à recentioribus, qui ea sponsę assignant.

Nobiscum quoquè sentire videntur quicunque (& sunt ferè omnes Patres, & reliqui expositores) qui hoc Canticum Epithalamium, siue hymenęum vocant, nam in his nō inducuntur sponsus & sponsa canentes, sed Epithalamium Poeta canit, Hymenæum sodales. Epithalamium.n.idem est, ac carmen ante thalamum, vt fatetur etiam Sherlog. Ant.1.5.6. n.41. ait.n. *Nam ante cubiculum, seu thalamum genialem cantata nuptialia carmina Epithalamij subindicat Etymon.*

Vox Epithalamij nobis fauet.

P. Sher.

mon. si θάλαμος .n. cubiculum ἐπὶ autem ante significat, si ergo ante thalamum canebatur Epithalamium, igitur non ab ipsis sponsis, qui ante cubiculum non erant, sed in cubiculo.

Epithalamiorum duo genera.

8 Addit verò Gaspar Sanctius ex Theocriti Scholiaste Idemq; notat Francisc. Robertellus in Epithalamium Catulli duo fuisse Epithalamiorum genera; alterum quod cantabatur vesperè & dicebatur consopitorium, vel somnũ faciens. Alterum sub auroram, quod dicebatur matutinum, & excitatorium. Atqui infero ego, nemo se cantu in somnum inducit, & multò minus à somno se excitat, ergo Epithalamia non à sponsis canebantur.

An cũ historia hoc epith. coeat.

At occurrit Sherlog. *Non est hoc Canticum Epithalamium tantum, sed quid compositum ex historia, & Epithalamio, est autem historia à primo versu vsque ad 8.* Sed non persuadet mihi, esset .n. hoc contra preceptum Horatij. *Humano capiti ceruicem iungere equinam*, præcipuè cum nullum adsit distinctionis vestigium; neque cohæret cum eius dictis. Nam historia saltem in principio ordinem naturalem seruat, ipse autem existimat illa priora verba non esse ordine naturali posita. Historicus quoq; non inducit aliquem ex abrupto loquentem, vt hic fit, sed auditorem admonet; & instruit prius de persona locutura.

Sher.

An nuptiarum præsentiã Epith. necessarium.

At ait Sherlogus *non fuisse eo tempore hoc cãticum à Salomone compositum, quo nuptiæ de quibus in eo fit mentio contractæ fuerunt, nil ergo mirum, quod & nuptiale, & historicum dicatur.* Imo valdè mirum inquam. Nam historia est de rebus preteritis Epithalamium de rebus præsẽtibus, siue proximè futuris, & quamuis dicatur hoc compositum fuisse post nuptias iam peractas nil refert, quoniam de ipsis tamquam de presentibus agitur quod etiã videmus obseruare Ecclesiam, quæ festiuitates, vt Natalem Domini eius Resurrectionẽ, & alios licet plures annos iam præteritas, tanquam præsentes celebrat.

Sherl.

Deniq; Patres, qui spiritalem tantum sensum in hoc Cantico agnoscunt nobis potius, quam aduersarijs fauẽt

Nam

Nam spiritalis sensus parabolas, & fabulas excludit quidem, at non Epithalamia.

Obiecta contra nostram sententiam diluuntur.

EXCVRSIO XIV.

1 QVAE in suæ sententiæ confirmationem ab Sherlogo afferuntur contra nostram æqualibus passibus militant, & idcirco à nobis infirmanda sunt.

In nuptiis an sponsi cantum inchoarent.

Serl. Nititur ergo probare in primis Sherlogus in celebritatibus nuptialibus non solum sponsos cecinisse, sed etiam inchoasse Cantica, quę cæteri deinde modulabantur. Probat Vestig. 1. sect. 4. n. 16. Quoniam Ierem. 7. 34. dicitur. *Et quiescere faciam de Vrbibus Iuda & de plateis Ierusalem vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ in desolationem enim erit terra*, idemque prorsus legitur Ier. 16. v. 6. Cap. vero 25. v. 10. dicitur *Perdamque ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ*. Habet & cognata Io: Apoc. 18. v. 23. *& vox molæ non audietur in te amplius, & lux lucernæ non lucebit in te amplius; & vox sponsi, & sponsæ non audietur adhuc in te*, quibus in locis Sanctius concedit sermonem esse de nuptiali hymno. *At licet dicere quisquam possit inquit Sherlogus genialia carmina vocem sponsi, & sponsæ nominari, non quia ipsimet canerent, sed quia erant materia. & scopus poeseos & quorum laudes pertractarentur; tamen multo syncerius procedit literæ intellectus, si quemadmodum sonant, verba percipiantur; neque ad metaphoras eundum, nisi vrgeant absurda, sequutura ex simplici declaratione, qualia nulla in Ieremia constructis verbis vt iresonant illa. Quamobrem secundum hæc vox sponsi & sponsæ nominabitur Hymenæus, nō quia nubentium encomia percurrit, sed quod ipsi præeant, & choragi functi vice, alijs exemplo sint*,

Ier. 7. 34.

Ier. 25. 10.

Apoc. 18. 23.

Vox sponsi quid significet.

Sanctius.

vt canere norint, quemadmodum Apocal. 15.3. qui de Antichristo victoriam reportarunt, nominantur cantantes canticũ Moysi serui Dei, & Cãticum Agni sanè quidem agni carmen quod illos agnos docuit, quod acceperunt ab agno, vt canerent, sic & vox sponsi Epithalamium quoniam à sponso Virgines, & adolescentes, ex quibus chorus consurgit, dedicerunt, vt pangerent.

Apoc. 15. 3.

Scholion apud Græcos quid.

2 Cõfirmat quoniam ex Clem. Alexand. lib. 2. Pædag. cap. 4. apud Græcos quoque veteres in conuiuijs ad compotandum comparatis Canticum, quod appellatur βαλιον idest obliquum, canebatur communiter omnibus voce simul Pæana clamantibus, & nonnunquam etiam per cantici vices propinationem circum agentibus, itaque hoc circulare versus genus, cum extitisse appareat, incipiebat à sponso ipso, eiusue nupta, & cum transiret ad Cæteros accumbentes, in orbem reuolutum, transibat; denuò ad personam eãdem à qua exordia cęperat, quamobrem cum hoc Salomonis hymenæo sponsa inchoet pangens *Osculetur me &c.* quasi reuersa iterum musa ad eandem, monet sponsus sub finem genialium, vt cantum dissoluat, & Epithalamiũ, quemadmodum exordita est, sic & finiat, quod id pertineret ad eam quæ inceperit. *Quæ habitas in hortis &c.*

Clem. Alex.

Ex Hebræorum more probat.

Addit Hebræorum fuisse antiquissimum vsum, vt præstantissimi quique Heroes, & nobilissimæ quæque fœminæ prima intonarent verba cum modulatione, quæ deinde reliqua turba, aut repetebat, aut prosequebatur, vti ex Cap. 15. exodi apparet, vbi Moyses exorditur Canticum ex vna parte, & Maria eius soror ex Altera, vt Tradit Philo Iud. lib. 1. de vita Moysis inquiens. *At Hebræi stupentes, quod perdigiosam insperatàmque sine sanguine parti essent Victoriam, duos choros, alterum virorum alterum mulierum statuerunt in littore, cecineruntquè Deo hymnos gratulatorios præeunte carmen viris Moyse sorore vero huius mulieribus. Nã hi choreas ductabant.*

Philo Iud.

Non omittit versum 26. psal. 67. *Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum*, quem versum exponens Gaspar Sanctius in paraphrasi *in eo*, inquit, *triumphali, & quasi geniali progressu, qui Principes*

Psal. 67. 26.

Gaspar Sanctius.

pes appellantur, hi vero noui coniuges sunt (ad quorum similitudinem constituta videtur triumphalis ista pompa) reliqua turbæ symphonicæ permixti in cantando præeunt, aut accinunt, aut succinũt cantores alij, & tympanistriæ Virgines.

P. Sherl. *Quamobrem*, concludit Sherlogus, *cũ mos extiterit Iudæis, ne cantum alij exordirent, quam qui magis pollebant; & in primis ij, qui vel metra ipsa componebant, vel quorum encomia versibus continebantur, nubentes fuisse, qui Salomonis Epithalamium canere incæperint.*

3 Verum non euincere, quod intendit hanc ratiocinationem, non difficilè probabitur. In primis.n. per vocem sponsi, & sponsæ non intelligi necessariò cantum, quem ipsi proferant, videtur certum, nam S. Hieron. Ier. 7. hunc locum explicans ait tantum, *auferetur omnis lætitia*. Card. verò Carensis per has voces cantilenas intelligit, quæ solent fieri in nuptijs & ipsemet Sanctius nil aliud hinc colligit nisi cessationem cantus, & gaudij, *neq; deinceps erũt*, inquit in paraphrasi *sicut ante, Iudæorum nuptiæ cum geniali plausu*, & in explicatione, *futurum denunciat, vt non iam sicut ante illorum nuptiæ cum geniali plausu cum voce sponsi & sponsæ, idest cum Epithalamijs, atq; symphonia de more celebrentur*; siue igitur à sponsis, siue ab alijs canantur Epithalamia ad locum Ier. nil refert, imò forte non solum Epithalamia auferenda, sed omnino nuptias in eo loco non futuras prædicit Ieremias.

Vox sponsi quæ. S. Hieron. Sanctius.

Sherl. *Atqui*, inquit Sherlogus, *non debemus ad metaphoras recurrere, dum in proprio sensu verba explicari possunt*. Respondeo in nostra, & communi expositione nullam adesse metaphoram: sed verba propriè intelligi, sicut.n. propriè dicitur auferri vox gaudij, idest vox cum gaudio, ita etiam propriè dicitur quiescere vox sponsi, & sponsæ, idest vox nuptialis, siue vt ita dicam sponsalis, sæpè.n. Hebræi casũ gignendi pro adiectiuo vsurpant. Ipse potius Sherlogus translatione vtitur. Nam per vocem quæ est genus intelligère cantum, quæ est species, est vti translatione de genere ad speciem cuius meminit Arist. in poetica.

Metaphora vsus qualis.

Casum gignendi pro adiectiuo vsurpatus.

Alia responsio.

4 Esto tamen quod sponsi vox intelligatur de ipsius cantu, quomodo hinc elicit sponsum cãtilenam inchoare? *Quia* inquit in Apoc. *dicuntur Victores canticum Moysi cantare, quoniam Moyses illius Cantici autor fuerat*, sed quid hoc ad vocem sponsi? Potius si exemplo standum est, non dicentur sponsi hoc Epithalamium cecinisse, sed Salomon, qui illius autor fuit; *dicuntur etiam*, inquit, *cantare Canticum Agni, idest quod ipse Agnus composuit, vel docuit*. Non cogimur hoc dicere, quia ad veritatẽ illius locutionis sufficit, quod esset Canticum in laudem Agni, sicuti dicitur hymnus S. Io: qui in eius laudem canitur, sed concedamus intelligi canticum ab agno compositum, nunquid idem de voce sponsi dicendum? At hæc non potest non esse illius, à quo emanat, non .n. ab vno gigni, & exprimi potest, & ab alio pro sua vsurpari.

L. Io: Bap. sponsi amicus. — *Ioan. 29.* — *P. Sherlogus.*

Affert etiam dictum illud S. Io: Baptistæ. *Amicus autem sponsi, qui stat, & audit cum gaudio, gaudet propter vocem sponsi*. Io: 3. *idest*, inquit Sherlogus, *qui symphosiorum curam gerit, qui ad nutus sponsi attendit sollicitus, hic igitur accinente nouo marito, lætantur quidem amici eius, & conuiuæ omnes, sed qui gaudio gaudet, idest, incredibili oblectamento perfunditur, is demum est, qui stat*: sed cum & ipse Sherlogus aliam expositionem afferat, & per vocem leuissimum etiam susurrum sponsi intelligat, non cogimur per vocem sponsi eius cantum intelligere.

Græcorum mos in cõuiuijs canendi. — *Plut.*

Confirmatio ex Clemente morem tangit antiquorum canendi in conuiuijs, qui præcipuè apud Græcos viguit, circumferebatur .n. lyra post Cœnam, quam cum respuisset Temistocles, quia lyra canere nesciret, indoctior habitus est. De Scolio autem varia traduntur Plut. in symp. 1. *Dicunt*, inquit, *Scolia non esse genus cantici factum obscure, sed quia primum canebant Canticum dei in commune omnes vna voce Pæana vocitãtes, alterum canticum canebant myrthea corona vnicuique data quam asaron vocabant Doctus canebat, indoctus cum detractaret, dictum Scolion*. Ita & Hesychius. *Scolium canticum vocant conuiuiale, non propter modum carminis, sed*

quia

quia non omnes canebant eiusmodi cantica, sed soli docti. De Scolijs meminit etiam Plato in Pirotagora dicens. *Te audiuisse in conuiuijs canẽtes hoc Scolion, optimum esse integra ualetudine frui. Deinde pulchrum esse. 3. diuitem sine fraude.*

Plato

Scholion quid.

5 Sed clarius Dicæarchus in lib. de musicis certaminibus. *Tria*, inquit, *erant apud veteres genera canticorum. Vnũ quod sine discrimine ab omnibus deinceps, atque ordine cantabatur. Alterum quod à scientissimis, non deinceps, sed altero semper præterito, & hoc Scholion ab ordine tali dicebatur* Aristoxenus verò, & Phillis musicus hæc tradidere de Scolio. *In celebritatibus nuptiarum ad vnam mensam plurimis positis sellis accubantes, ramum myrteum laureũue tenentes, manu proximo subinde præterito, sententias, & amatoria syntona canebant Periodus illa propter ordinem non rectum canentium scolia hoc est non recta appellabatur.*

Dicæarch.

Canticorũ tria genera

Apud Romanos autem non tam ipsi conuiuantes canebant, quam canentes auscultabant, ad quem morem alludens Virg. Aen. 1. in epulis Didonis Iopan citharedum canentem inducit, sicuti Homerus in Epulo Alcinoi demodorum, & Val. Flaccus lib. 1. Argon. Chironem. Quare Seneca cap. 11. de Beata vita. *Vides hos è suis lectis spectantes popinam suam, aures vocum sono spectaculis oculis oblectantes.*

Apud Romanos conuiua non canebant.

Quid verò hinc elici possit in fauorem, sententię recentiorum planè non video. Primo.n. non valet argumentum ex more Græcorum ad mores Hebræorum cum toto cælo differant. Deindè neque hunc morem, antiquissimum fuisse apud Græcos, ex eo, quod Homerus contrarium secutus sit constat tertio in eodẽ hoc more nõ sẽper omnes conuiuæ canebant, vt patet, multo minus ex eo colligitur sponsum fuisse choragum, & alijs pręcinentem, præsertim si princeps, aut valdè nobilis esset. Nam cum Philippus Macedo inter cœnandum cantorem repræhendisset. *Ne tantum mali* (acutè ille respondit) *tibi ò Rex eueniat, vt ista melius me scias*. Et ipsemet Philippus Alexandro filio dixit. Non te pudet, quod tam pulchrè canas? Optimè igitur canere Regibus decorum non erat.

Principes an cantus deceat.

6 De-

6 Denique, vt admittamus omnia, de fœminis hic nulla est mentio, imò mulieres honestas nullo modo in conuiuijs cecinisse, testis est Demosthenes de falsa legatione dicens .. *Honesta mulier refugit accumbere, & canere in conuiuio*, & Semproniam malè audisse, quod eleganter psallere, & saltare sciret notat Salustius in Catilina; S. autem Hier. tanquam diaboli chorum has mulieres fugiendas docet ep. ad furiã *fidicinas*, inquit, *& psaltrias, & huiusmodi chorũ Diaboli, quasi mortifera sirenaq. carmina perturba ex adibus tuis*.

Honestas fœminas in cõuiuijs nõ cecinisse.

Nec interfuisse.

Plut. in lib. de descr. adul.

Salustius.

S. Hieron.

Quid canere, aut psallere dicam? cum vel interesse virorum conuiuijs tum apud Gentes, tum apud Hebræos mulieribus turpe existimaretur? De Græcis docet Cicero or. 3. in Verrem, vbi negat moris esse apud Græcos, vt in eorum conuiuijs fœminę cum viris accumbant, idem dixit Amyntas apud Herodotum cap. 5. cum Persarum legati fœminas ad mensam acciri cuperant. Eundem morem obseruasse Persas ex his, quæ dicuntur cap. 1. Esther liquet. Quamuis .n. luculentissimum conuiuium instruxerit Assuerus, primo quidem optimatibus suis, dehinc omni populo qui erat in Susan, non tamen ad ipsum accesserunt fœminæ, sed Vasthi Regina fecit conuiuium fœminarum in Palatio, & ab Assuero euocata, vt ostenderet cunctis populis, & Principibus pulchritudinem illius, venire noluit, & sanè prudenter teste Seuero Sulpitio, qui consultiorem appellat Reginam, stulto Rege cum iussa abnuit talehominum oculis spectaculum præferre, cui subscribit Gaspar Sanctius in Esther, qui etiam mendacij coarguit Darij legatos, qui ab Amynta Regio conuiuio excepti, postquam à cœna ad potum peruenere: *Hospes Macedo* (dixerunt) *nobis Persis consuetudinis est, quoties magnam exhibuimus cœnã, tunc etiam concubinas, & adolescentulas vxores ad assidendum introducere*, Quamque indecorum hoc esset vulgaribus etiam fœminis Ter. in Eun. act. 4. scen. 1. ostendit dicens:

Non apud Persas.

Cicero.

Herodot.

Terent.

Heus inquit puer Pamphilam
Accerse, vt delectet hic nos; illa exclamat minime gẽtiũ
In conuiuium illam?

7 Deni-

Marci 6.

7 Denique nec vsitatum hoc fuisse apud Hebræos ex conuiuio Herodis Marci cap.6. percipitur, in quo nō eodē, quo Herodes loco fœminarum instructæ fuerunt epulæ, alioqui nō toties puella saltatricula ab Herode ad Matrē, & à Matre rursus ad Herodem redijsset, Imò seorsum à viris degere solitos in proprio Gynæceo, etiam vxores docet Pater Sanctius in cap.1. 1.Esther ver.9.

De Hebrais idem probatur Hebræis.

P. Sāctius.

In nuptialibus tamen epulis accubuisse cū sponso sponsam non repugnauerim, sed cum præter vsitatum morem hoc fieret, magna cum verecundia astitisse sponsas vero simile est; & primas prosilijsse in cantus inopinabile. Imò apud Hebræos Salomone præsertim regnante seruorum munus fuisse, sicut, & apud Romanos ad mensam canere docent, quæ idem Salomon suas delicias, & voluptates enarrans edicit. Eccl.2. n.8. *feci mihi* inquit *CANTORES & CANTATRICES, & delicias filiorum hominum Scyphos, & vrceos ad vina fundenda*, quem locum explicans diligentissimus, ac doctissimus Pater Pineda ait, *Vulgatus interpres retulisse videtur ad homines psaltrios, quos ad aurium oblectationem in conuiuijs Salomon adhibuerit, qui ferè sensus Græcorum, atque latinorum communis est* & infra, *& quidem post seruorum, & possessionis opulentissima factam mentionem, opportuni nunc meminerit Cantorum, atque Cantatricum suauissima ad oblectationem canticina modulantium; qui sanè in SERVORVM, & ANCILLARVM numero censebantur; præter eos, qui in sacro ministerio canendo, & psallendo seruiebant. Id quod ex his quæ dicemus paulò post lucem accipit, tum ex* 2.*Esd*.7.67. Absque seruis & ancillis, qui erant 7. millia trecenti triginta septē & inter eos cantores, & cantatrices ducenti quadraginta quinque. Atqui si sponsi, & sponsæ omnes Cantores, & Cantatrices fuissent, vt Sherlogus contendit, cum eo tempore nō esset in honore Virginitas, & omnes liberis operā darent, omnes quoque Cantores, & Cantatrices fuissent.

Ad mensā canere seruorum munus.

Eccl.2.8.

P. Pineda.

2. Esd. 7. 67.

P. Sherl.

8 *Atqui* inquit Sherlogus *sponsa est quæ Cantico Salomonis extremam vocem canendo profert* .f.fuge dilecte mi &c. *ergo & ipsa inchoauit iuxta morem in orbem canendi*. Respondeo

An sponsa vltimo loco canat.

iuxtà

iuxtà nostram sententiam verba omnia, quæ videntur à sponsa prodire, à musicis cantari, sicuti & ea quæ sponso ascribuntur, nō esse autem probabile, quod hic dicitur de orbiculari cantu demonstratur, quoniam singulis conuiuijs suam canendi vicem oportuisset assignasse, neque iterare suam cantionem potuisset sponsa nisi perfecto circulari cantu. At in Salomonis cantu hic ordo non obseruatur, sed ferè semper, aut sponsus, aut sponsa loquuntur.

Hebræas nobilissimas alijs præcinisse.

Quod subijcit Pater Sherlogus apud Hebræos nobilissimas fœminas primas intonasse, cum modulatione verba, si intelligatur de prioritate, quo ad reliquas mulieres in quibusdam magnis celebritatibus, non reijcio, nam prǫter exemplum Mariæ Moysi sororis ab ipso allatum, habemus filiam Iephte, quę Patri ex Bello reuertenti, & victori prima occurrit cum tympanis, & choris Iud. 11. 34. & Deborā Iud. 5. quæ simul cum Barac victore canticum cecinit, neque casu factum est, quod fœminæ nomen præferatur viri nomini, dicitur. n. *Cecinerunt que Debora, & Barac*, sed vt intelligeremus priores partes Deboræ fuisse, & quod magis vrget, habemus nobilissimam Iudith, quæ propriam victoriam cecinit, alios ad eandem concelebrandam inuitās.

Iudic. 11. 34. & 5. 1.

Vt Iudith.

Dicitur. n. cap. 16. *Tunc cantauit Canticum hoc Domino Iudith dicens. Incipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis*, & clarius Codex Græcus in fine cap. 15. hæc habet verba, *Et cucurrit omnis mulier Israel ad videndam eam, & benedixerunt eam, & fecerunt ei chorum ex se, & sumpsit thyrsos in manibus suis & dedit mulieribus, quæ secum, & coronatæ sunt oliua, & ipsa & quæ cum ipsa & præiuit omnem populum in chorea ducens omnes mulieres. & sequebatur omnis vir Israel armati cum coronis, & hymnis in ore suo, & INCHOAVIT IVDITH confessionem hanc in omni Israel, & succinebat omnis populus laudem hanc.*

Iudith 16. 1.

Cuius cantus nobis nō officit.

9 Verum neque hoc exemplum euincit, tum quia est singulare, & ob insignem, & nimis admirandam, & plusquā virilem victoriam obtentam merito singulariter vsurpatum, vt non solum fœminas, sed etiam cunctum populum

præ-

præcederet Iudith ad cantum, tum etiam quia ad gratias agendas Deo, & eius laudes concelebrandas institutum fuit quare merito ait hic Sanctius; *Si tantum hic quæreretur popularis, & inepta voluptas quæ religionem laxat, & disciplinæ seueritatem, aut modestiam soluit neque ipse quidem gentes, quæ ad hæc studia, & nugamenta non nauseant, probarent. At cum hæc ad Dei gloriam spectent, & singulare à diuina manu profectum beneficium agnoscant, & testimonio profiteantur publico, honestissima sunt.* Cum igitur Epithalamia non ad Deum laudandum, sed ad sponsos laudibus extollendos, & ad lætitiam genialem declarandam, & augendam instituta fuerint, minime decorum fuerit sponsos ipsos ea inchoare, imò nec aliquo pacto ab alijs inchoata perficere, aut prosequi; Ità dauid cum traduceretur arca Dei Israel ludebat, & canebat, cum populo corā Domino in omnibus lignis fabrefactis, & cytharis, & lyris, & tympanis 2. Reg. 6. 5. At verò quādo à cæde Goliat Gethæi regressus est, non ipse suam victoriam legitur cecinisse, sed puellas Israelitidas.

Gaspar Sancti

2. Reg. 6. 5.

Nec mirum psal. 67. dici Principes preuenisse coniūctos psallentibus &c. ibi enim de cantu triumphali agebatur, & de laudibus Deo afferendis, vt verbum psallendi indicat quod patet ex versu sequenti, in quo explicatur, quod cantaturi sint .s. *In Ecclesijs benedicite domino de fontibus Israel*; & Principum nomine non tam fortassis capita populorum intelligenda sunt quam præcipuè cantorum. Nam Hebræa vox Sarim, inquit Antistes Agellius, primæ literæ diuersa pronunciatione diuersam significationem habet. Nam, & Principes significare potest, quod 70. verterunt, & Cantores, quod Hebrçis placet: sponsorum autē significatio quam illi Sanctius tribuit non nisi metaphoricè ea ratione, qua Princeps dicitur Reipublicæ sponsus aptari potest.

Psl. 67. 26.

Nec Dauidis auctoritas.

Agellius.

10. Quod denique ait Sherlogus consuetum fuisse, ne cantum exordiretur alij quam qui magis pollebant, & in primis ij qui metra componebant, admitti potest; quod verò subdit, vel quorum encomia versibus cōtinebantur,

P. Sherl.

nequaquam probabile mihi videtur. Non.n. licet exordiri aliquem laudes suas, imò eas auuersari, & molestè ferre, decorum est.

De sponsi, & sponsæ nominibus propriis.

Argumentabatur præterea Sherlogus, veram hanc esse historiam eo quod nomina propria sponsi, & sponsæ.s. Salomonis, & Sulamitis exprimat, sponsæ enim nomen habetur can. 6. ***Reuertere reuertere Sulamitis*** sponsi autem in illis verbis ***En lectulum Salomonis &c.*** c. 3. pro qua opinione laudat Sanctium prolog. 2. Verum hæc non admodum solido nituntur fundamento, nam quod ad sponsæ nomen Sulamitis variæ sunt sententiæ. Quidam.n. illud accipiũt vt patriam referens .s. Salem, siue Ierusalem, ita vt idem sit ac Ierosolimitana, ita legionensis. Alij deductum volunt à Salomone, quasi salomonia, alij appellatiuum esse arbitrantur vt Theodor., & Ambrosius, ac si dicatur, ò Puella pacifica, ex tribus igitur sententijs vna tantum Sherlogo fauet, si tamen fauet. Nam appellari Salomoniã non tam est nomine proprio nuncupari, quam significari vxorem esse Salomonis, siue Reginam, sicuti & Salomonis nomen pro Regio accipi posse affirmat Sanctius in illud: ***En lectulum Salomonis:*** Addo non videri probabile Patronymiũ ex Patria pro nomine proprio sponsæ impositum fuisse, cum.n. plurimæ essent puellæ Ierosolimitanæ, quomodo per hoc nomen distingueretur à cęteris? Quod si ipsa Ierosolimitana non erat, vt vult Sherlogus, multo minus credibile est hoc illi fuisse nomen impositum. Quis namq; filiæ suæ apud nos nomen Mediolanensis, aut Derthonēsis imponeret? cur etiam si hoc fuit nomen ipsius propriũ, tam serò prolatum fuit? cur non in principio Cantici, vt scirent auditores de qua sermo esset, non expressum?

Cát. 6.12. Cant. 3.7. Theod. Ambrof.

Sponsi nomen an Salomon.

Nomen verò sponsi ex illo loco. ***En lectulum Salomonis,*** non videtur posse colligi, quoniam ibi sermonem esse de Rege ipso Salomone communior sententia est, quam etiã probabiliorem censet Sanctius, addens si de sponso ipso sermo sit, vocari Salomonem, non tamquam nomine proprio, sed per synecdochem, sicut Cæsar pro Imperatore,

Sanctius.

ac si

ac si spõsa dicat, lectulus hic est mei Salomonis, mei Regis, ac sponsi. Quare non suffragatur Sanctius Sherlogo, nam etiam prolog. 2. vbi ab eo citatur ait. *Quod sponsa Salomonem nominet, videtur sponsum cum Salomone conferre, vel ob alias causas, de quibus postea suo loco, vel certe Salomon significat adolescentem Ierosolymitanum, vt docuit Hieronymus sup. cap. 3. Ioel, vbi dicit Salomonem à Ierusalem nomen accipere*, iuxtà quæ videntur intelligenda, quæ paulò post subdit. *Ipsa sponsa videtur prodere nomen suum, nam cum sponsi nominis ethymologiã exposuisset appellans pacificum statim sui nominis notionem videtur insinuare, cum addit ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens*, & omninò valdè dubitatiue loquitur Sanctius.

Hieron.

11 Ab hac opinione etiam me retrahit, quod cũ author Cantici Salomon appelletur, & id in titulo declaretur, si deinde de alio Salomone in Cantico sermo fuisset, vt tolleretur cõfusio, oportuisset aliqua nota ab Auctore distingui vt per nomen Patris, quod in scripturis sacris non infrequenter fit, vt cum Petrus Simon Ioannis appelletur, & Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi, aut alia ratione, præcipuè cum patria esset eis communis, & tempus, & diuitiæ nobilitasque non dissimilis. Neque verisimile mihi videtur, si adolescens hic sponsus alius à Salomone fuisset, & tam insignis, vt dignus habitus fuerit, ob cuius nuptias tã nobile Epithalamium à Sapientissimo Rege decantaretur, futurum fuisse, vt nihil vlterius de eo sciremus, non Patrẽ, non tribum, non filios, non alia eius gesta, imò & nomen ipsum in ambiguo esset contra morem S. Scripturæ, quæ genelogiam virorum illustrium describere solet, vt Iob, Tobiæ, Iudith, Esther &c. quem morẽ si interdum omittit, vt in Melchisedech, mysterio nõ vacat, vt notat S. Paulus, & fortè de illis non nisi in transitu agit, nec cæteras circũstantias ipsorum silet; At librum integrum, & excellentissimum de aliquo viro construi, nec de eo vllam notitiam ad nos transmittere, nec rationi, nec scripturarum consuetudini consonum videtur.

An duo Salomonis.

Cõfirmatur, quia libri historiales ab argumẽto potius

Libri historiales ab argumento nomen desumunt.

quam ab auctore inscribi, nomenq; desumere solent, dicũtur enim libri Iudicum, Regum, Macchabeorum, Iosue, Ruth, Iob &c. auctoris verò nomen non præferunt; si igitur, & hoc canticum historicum fuisset, de quo scriptum esset, in titulo prætulisset, at dicitur Cãticum Salomonis, sicuti & Psalmi Dauid, quoniam viri alicuius non texebatur historia, cuius nomen præferre posset.

12 Nonnihil etiam nostræ sententiæ Iosephi Hebræi silentium confert cum .n. historias ipse veteris testamenti in suos libros de antiquitatibus transtulerit, de his verò nuptijs tam insignibus, & celeberrimis, vt recentiores volunt, ne verbum quidem protulerit; argumento est, non eas historicè, sed parabolicè, siue ænigmaticè fuisse descriptas, existimasse.

Hæc igitur pro veritate sunt dicta, nam ad nostram sententiam propugnandam nil refert, an hæ nuptiæ historiæ, aut parabolæ argumentum fuerint, & sponsi, & sponsæ nomina propria hic habeantur, neutrum .n. nostræ sententiæ officit, cui satis est, vt à cantoribus prolatum fuerit, non autem ab ipsis sponsis, siue personæ veræ, siue fictæ hæ fuisse dicantur.

An Epithalamij regula à Salomone obseruata.

Obijci præterea contra nostram sententiam posset; Non fuisse in hoc Cantico Epithalamij Regulas probe obseruatas, sicuti nos etiam supra argumentabamur, non esse hoc Canticum Comœdiam, aut tragœdiam, quoniam iuxta Regulas horum poematum conscriptum non erat. Porrò Epithalamij iura non sibi in hoc Cantico vendicare locũ, probatur in primis argumento à Sherlogo sibimet obiecto Antel. 3. sect. 3. subsect. 4. & copiosè illustrato, quod hæ geniales iucunditates nil luctuosum, nil tetricum, nil seuerum, nil tandem nisi hilarum, & gaudium spirans admittant, vt multis idem eruditè probat, estque euidens locus Matt. 9. v. 15. vbi mirantibus Ioan. discipulis, quod Apostoli non ieiunarent, ait illis Iesus. *Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt* super quæ

Matt. 9. 15

verba

S. Petrus Chrysol.

verba festiue S. Petrus Chrisol. serm. 31. *Conuenienter ergo inquit discipulis Ioannis Magistri sui voce respondit, vt vel crederent, & non cogerent tempora sponsi læta tristis intrare ieiunij, quia qui quærit sponsam ieiunia suponit, relinquit austera, totum se dat gaudijs epulis indulgit totus blandus, totus amabilis, totus festiuus incedit, & facit totū quod sponsæ tenera requirit affectio.*

Epithal. nil triste admittit.

Filij autem sponsi nuptiarum sunt sodales, & familiares, atque amici nubentis, vt rectè ad eum locum Maldonatus. Quod si sponsi sodalibus nihil obijci debet subtriste tempore nuptiarum, quanto minus sponsis ipsis, quorum præcipua est lætitia, & festiuitas? At qui in hoc Cantico aduersa multa, & luctuosa ipsis contigisse narrantur. Nam sponsus nocturno rore perfusus describitur, & ab amatæ foribus inhumaniter exclusus, sponsa autem bis sponsum amittit, semel vulnerata est theristro, violēter spoliata, ob Abinadab quadrigas territa, & ad suos hædos pascendos denuò amandata, illis verbis. *Si ignoras te ò pulcherrima mulierum, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos &c.*

Cant. 1. 8.

Sherl.

13 Huic obiectioni respondit Sherlogus sect. eadem n. 106. Hoc Salomonis Canticum non esse strictè Epithalamium, sed Dramato hymenęum, hoc est de Comœdia, aut Dramate, & hymenęo simul participans, quod indicare videtur Orig. in patricio homil. 2. ex quatuor dicens. *Meminisse oportet, quod in præfatione monuimus, quia libellus hic Epithalamij habens speciem dramatis in modum conscribitur.*

Resp. Sherlogi nō simplex Epithal. esse.

Orig.

Cassiod.

Cassiodorus quoq; in procemiolo Epithalamium nominat, sed Comyco stylo conscriptum. *Iam igitur*, inquit, *cum à natura comœdia non abhorreat hilares euentus tristibus admiscere (quamuis id respuat Epithalamij consideratio) quando Canticorum liber comœdia quoque sit, alienum ab eo non est, sponsæ labores referre, cum tamen exitus gaudiosus sit semper.*

Nobis tamen hęc commistio Epithalamij, & Comœdiæ non arrisit, neque modo arridet (nisi eo pacto, quo infra explicabimus) Nam præter dicta, bifariam hæc commistio cōsiderari potest vno modo, vt (quod vera mistio requirit) quali-

Cuius sententia nobis non arridet.

quælibet pars huius Cantici vtriusque naturam Epithalamij, & comœdiæ participet, sicuti quælibet pars misti est mista; altero modo, vt veluti duas partes habeat, quarum altera sit Epithalamium, altera comœdia, veluti fictus chyron ex homine & æquo conflatus. Si prius dicatur nullibi in Cantico Salomonis locus erit aduersitati, aut luctui, quia hæc Epithalamij naturæ repugnant. Si posterius amplectamur, erit igitur aliqua pars huius Cantici, quæ scenæ non deseruiet, nam si deseruiret pars esset comœdiæ, at nulla apparet huiusmodi pars, quia nihil poeta ex propria persona dicit quidquid autem à recitantibus in comœdia profertur ad scenam, & comœdiam pertinet.

Quo sensu recepta.

Illam tamẽ commistionem ego non omninò respuo, sed ita accipio vt Epithalamium quidem secundum substantiam sit huiusmodi Canticum, sed tamen imittitur secundum quid Poema Comicũ, quatenus dramatico modo est compositum, & ex verbis veluti à sponso, & à sponsa inuicem prolatis conflatum, & id tantum Origenem, & Cassiodorum voluisse crediderim.

Alia responsio non omnia tristia ab Epithal. excludi. — Sherl.

14 Alteram affert responsionẽ Sherlogus, quæ nostræ quoque sententiæ aptari posset, ait .n. *At concedamus Epithalamium esse in rigore, sunt tamen luctuosa eius euenta nõ vera, sed vel à falso mortaliũ rumore vel à nocturno ludibrio, & somni vanis imaginibus; debent igitur à nuptiali hilaritate exulare quæcunque ex consilio, & natura sua laborem aliquem afferentia, quæ autem præter spem accidunt, sicut mortalium prouidentia labilem, & incertam superant, sicnec amoueri possunt, aut deuelli etiam à maxime voluptate. Quare nec Hymenæographo vitio vertendum, quod eiusmodi casus referat, qui in fortunæ arbitrio sũt, præsertim cum narratio talium ad inferendas nubentium laudes singulariter faceret, quæ laus Epithalamij præcipuus scopus est.*

Non satisfacit. Falsa non minus quã vera maerẽ afficiunt.

Acute hæc dicta; mihi tamen non satisfaciunt. Quod .n. primo asserit, *luctuosa euenta non vera*, nil refert; ad inferendum enim dolorem verum, & auferendam animi iucunditatem vim non minorem habent falsa, quam vera. Si .n. parentibus mors dilecti filij nũtietur, & ab ipsis credatur, non mi-

non minus eiulabunt, si falsus fuerit nuncius, quam si verus, vt Soloni accidit, cui apud Thaletem existenti, cum filij mors renunciata esset, cœpit Solon, vt Plut. in eius vita refert, caput suum cedere, & alia facere, & dicere, quæ ab omnibus afflictis, & calamitate aliqua perculsis fieri solēt. Imò omnia ferè quæ nos perturbant, imagines sunt tantū malorum, non vera mala. *Quid autem refert*, inquit Seneca ep. 9. *qualis status tuus sit, si tibi videtur malus?* & ep. 79. *ad opinionem dolemus, tam miser est quisque quam credidit, si veris tantum malis angeremur, quam fœlices essemus! Plura sunt*, Seneca rursus ep. 13. *quæ nos terrent, quam quæ premunt & SAEPIVS OPINIONE, QVAM RE LABORAMVS*, cui accinit, *& Maro dicens, Terribiles visu formæ, lethumque, laborque.*

Seneca.

Maro.

Seneca.

15 Nam *egregiè* (inquit item Seneca ep. 144.) *non RE, dixit, terribilis esse, sed VISV, idest videri non esse. Quid inquā (subijcit) in istis tam formidabile, quā fama vulgauit?* Non rectè igitur geniali lætitiæ cōsultum erit, si ab ea vera tātū mala & non etiam quæ talia, licet falso, apparent, excludantur.

Apparentibus potiꝰ, quam veris malis affligimur.

Quid? quod etiam ex veris calamitatibus eas quoque non ablegat, quę prçter spem accidūt, quoniam sicut mortalium prudentia superāt, sic nec amoueri, aut diuelli etiā à maxima voluptate possunt? At quomodo summa voluptas erit, à qua luctuosi casus, & præter spem contingentes diuelli nequeunt? demus tamen reipsa diuelli non posse, quomodo non erit Hymenæographo vitio vertendum, quod cum nullo negotio posset hæc tristia præterire, maluit tamen summæ lætitię ea admiscere? *At*, inquit *ad inferendas nubentium laudes singulariter faciunt*: Ambigere hac de re quisquam posset, nam sponsum fores pulsantem negligere, vel noctu sponsam solam per vicos ciuitatis vagari, non deerunt forte, qui reprehendant, præcipuè cum Poeta nullas afferat excusationes, aut rationes, nec inde aliquam eius laudem eliciat, sed simpliciter rem gestam narret. Esto tamen quod hinc sponsorum laudes elicianttur; Non omnis laus in Epithalamio sponsos decet. Sed ea antū, quæ cum voluptate, & iucūditate coniuncta est, nō vero ea, quæ cum labore, & dolore. 16 Di-

Tamquam praeterita tristia admitti.

16 Dicerem igitur ego tristia laboriosa, & luctuosa recenseri in Epithalamio, si tanquam præterita narrentur, nullũ esse inconueniens, nã tantũ abest, vt lætitiã minuãt vt eã potius mirũ in modũ augeant. Recordatio .n. præteritorũ malorũ, siue laborũ summã lętitiã parit, iuxtà illud psalmographi; *lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti annis, quibus vidimus mala*, Quod etiã agnoscẽs Poeta dixit.

Ps. 89. 15.

Hæc olim meminisse iuuabit

Quare & Claudianus in Epith. Honorij, & Marię prętéritos gemitus Honorij recitat dicens

Quam sæpè medullis
Erupit gemitus? quoties incanduit ore
Confessus secreta rubor?

Quæ autẽ tristia in hoc Cantico vidẽtur tamquã prętérita referri, inde patet, quoniã ante nuptias acciderũt, Epithalamium autem in ipsis nuptiarum solemnijs canebatur, neq; etiam poterant, vt præsentia referri, cum sponsi jam recũbentes vel in thalamo simul cõmorãtes supponantur.

An alia leges Epithalam. obseruentur.

Dices; aliæ quoque sunt leges Epithalamicorum, quæ in hoc Cantico non obseruantur. Non .n. genus, Patria, doctrina, & id genus alia, sed ferè tantum pulchritudo in sponsis laudatur, neque fausta, ac præcipuè numerosam, & pulcrã, felicẽque prolem Poeta, aut alius quispiã precatur, quod cõsueuisse Hebr. ex multis patet Gen. 24. dimittẽtes Rebeccã fratres ei⁹ dixerũt *Soror nostra excrescas in mille millia, & possideat semen tuũ portas inimicorũ suorũ n. 60.* & Ruth. 4. 11. *faciat dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domũ tuã, sicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Israel &c.*

Gen. 24. 60.

Ruth. 4. 11.

Resp. non esse huiusmodi legibus obnoxia Epithalamia, sed maxima libertate gaudere, & posse quidẽ supius dicta cõplecti, at nõ teneri, vt patet ex Claud. & aliorũ Epithalamijs, in summa .n. lętitia, qualis est nuptialis, non sũt ora Poetarũ strictè alligãda, sed habenę laxãdę vt pro loci, tẽporis, & psonarũ circũstantijs sua poemata arbitratu pprio texant. Quod autẽ potissimũ in Epithalamijs reqritur sunt sponsorũ laudes, & mutuus amor, quæ cumulatissimè in hoc Epithalamio recensentur. Quinam

Quinam sint sponsi in sensu spirituali in hoc Epithalamio.

Velitatio, siue Prolusio secunda.

VNDECIM EXCVRSIONIBVS CONTENTA.

An Ecclesia ex SS. Patribus post datam Moysis legem conflata huius sacri Epithalamij sit sponsa.

EXCVRSIO I.

1 DE sponso nulla ferè est inter auctores concertatio, & si qua est dissensio, declarata sponsa omnis dubitatio, & contentio de sponso sedabitur.

P. Sherl.

De sponsa igitur 7. refert opiniones Pater Sherlogus vestig. c. n. 57. Quarum prima est Hebræorum Synagogã, in hoc Epithalamio loqui, & Incarnationis osculum expetere *pro qua* inquit *priscorum Iuniorumque est densa manus* pro cuius explicatione notandum vnam quidem, & eandem esse, & fuisse Ecclesiam Deo desponsatam, siue per naturæ legem siue per legem Moysi, siue per legem gratiæ iuxta pronunciatum. *Vna est columba mea perfecta mea, vna est matri suæ &c.* Cant. 6. 8. Nihilominus tamquam in plures partes, siue partiales Ecclesias rectè distingui, quarum prima ante datam legem Moysi sub naturæ lege, fuerit. Altera post datam legem, sed ante aduentum Christi, tertia verò post ipsius incarnationem. Secundæ igitur optimè aptari hęc verba: *Osculetur me osculo oris sui affirmant*, vt pote quæ præ charitate languerer: quæue præ desiderio diuinæ incarnationis propè deficiens diceret. Veniat ipse dilectus meus. *Osculetur*

Resp. a huius Epith. varia sententia.

Cant.6.8.

Esse Synagogam tradunt multi.

Cant.1.

me osculo oris sui, per suam Sacratissimam incarnationem, iungat naturam suam cum mea &c. Magnam autem probabilitatem non solum extrinsecè ab auctoritate Doctorum qui in magno numero eam amplexantur, sed etiam intrinsecè ex ipsa rei natura, & verborum significatione desumptam possidet hæc sententia.

Synagoga promissa nuptia.

2 Probat eam Ghislerius, quoniã Ecclesia illa antiquior, in singularẽ certè electa est spõsã, haud tamẽ ad præsẽtes, sed ad futuras tantum vocata est nuptias vt patet ex ipsius Domini verbis, quibus illã per Oseã alloquẽs ait. *Et spõsabo te mihi in sempiternum & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio & in misericordia, & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide*, sponsabo inquit in futuro, non sponso in præsenti. At verò post Christi incarnationem eadem amplius non dicitur desponsanda, sed sponsa, illa igitur Ecclesia, quæ per osculum desponsari optat, illa est cui despõsatio promissa fuit scilicet antiquior ille SS. Patrum Cœtus.

P. Ghisl.

Ose. 2. 19.

An etiam antiquitus desponsata.

Difficultate tamen non caret hæc ratio, quod enim in ea dicitur desponsationem tantum in futurum Synagogæ promissam, non videtur verum. Nam Ier. 2. 2. dicitur *Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ* Item Ezech. 16. hæc eadem desponsatio describitur, ait. n. deus v. 8. *Et transiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amantium, & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam, & iuraui tibi, & ingressus sum pactum tuum ait Dominus Deus, ET FACTA ES MIHI.* qui modus loquendi, vt notat hic D. Heron. & post eũ Pradus, & Sanctius coniunctionem significat nuptialem, sicuti etiam in illis verbis *expandi amictum meum super te ad ritus nuptiales alluditur*, iuxta quem dixit Rutth ad Booz. *Expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es*, .i. vxorem accipe, vt ibi putat Lyran., & D. Heron. in Oseam, Item Is. 54. 1. *Multi filij desertæ magis quam eius quæ habet virum*. 1. sinagogæ, cuius vir erat deus.

Ier. 2. 2.

Ezec. 16. 8.

Ruth. 3. 9.

Isai. 54. 1.

Nuptiæ etiam in nouo testamento promittuntur.

E contrario nuptiæ quoque promittuntur in testamento nouo. Nam Apoc. 19. dicitur. *Gaudeamus, & exultemus,*

Apoc. 19. 7.

quia

quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Cur ergo, dices, promittitur Synagogæ desponsatio, si iam desponsata erat? Respondeo promitti non tamquam virgini, & numquam antea desponsatæ, sed tamquam iam quidem desponsatæ, sed repudiatæ, & adulteræ, quam vir amans denuo in societatem, & in coniugem recipit, iuxta ea, quæ dicuntur Ier. 3. *Fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus, & ego suscipiam te* v. 1.

Ier. 3. 1.

3 Hinc autem alia ratio desumi posset pro synagoga, quod osculi expetitio desponsationem supponat, non .n. ab alieno auderet virgo osculum petere, sed ante Christi aduentum, sola synagoga fuerat Deo desponsata, ergo illi soli efflagitatio osculi est assignanda.

Pro synagoga alterũ argum.

Præterea negari nequit veteris testamenti Patres summopere aduentum domini exoptasse, & expetiuisse, & illis quoque promissum fuisse, atqui per osculum à sponsa expetitum, omnis ferè interpretantium chorus, vt fatetur Sherlogus verbum in terras delapsum intelligit, ergo nulli melius, quam SS. PP. veteris testamenti cætui hæc expositionis vox attribui potest.

Occurrit tamen Sherlogus, & contra hanc sententiam disputans nu. 58. *Prabeamus*, inquit, *sane lubentibus animis sponsam, quæ inclamat* Osculetur me &c. *Synagogam esse, cur vix transacta quarta periodo super inducitur altera sponsa, quæ de prioris infanda crudelitate queratur?* Flij (ait) matris meæ pugnauerunt contra me. *Nam hæc esse nouæ, & primitiuæ Ecclesiæ lugentis verba, eamque memorantis cladem, quam à Iudæorum nobilitate, & vulgo passa sit, quanti affirmarunt concepta etiã verborum formula? Quamobrem ergo saltus tam immanis à Christo nato ad eumdem patientem? Cur in scenam missa altera sponsa, quæ omissis conubiorum gaudijs in lamenta illico prosiliat? Quid in littera, & cortice, quod duas repræsentet sponsas?*

P Sherl.

A Sherlogo impugnatur.

At huic arieti iam saccum laneum opposuerat Ghislerius, non .n. Ecclesiæ gentium iuxta hanc explicationem vult esse hæc verba, sed ipsiusmet Synagogæ, *loquitur autẽ* inquit ipse in huius 6. versiculi 1. explicatione *Pars Iudaicæ populi*

P. Ghisl.

Occurrerat Ghisler.

ci populi iustior de ijs, qui à veri Dei cultu amonebant, ac si diceret filij matris meæ Synagogæ, sed non eiusdem Patris, cum ex Patre Diabolo essent, totis me impugnauerunt conatibus. Dimicauerunt contra me malis exemplis, pessimis persuasionibus, ac plerumque armorum etiam violentia posuerunt me tandem custodem in vineis trahentes me ad difficillimum Deorum cultum &c.

4 Sed eandem suam sententiam magis etiam ex professo conatur astruere Sherlogus Ant. 3. sect. 4. n. 115. primo quia *ex communi catholicorum Magistrorum calculo non de Synagoga sed de Ecclesiæ vniuersalis coniugio aditat Canticorum Volumen.*

Sherlog.

Aliæ rationes Sherl. contra synagogam.

Ex Cantici dignitate.

Deinde cum hoc sit omnium Canticorum dignissimum, atque hoc nominis à materia de qua ludit, præcipuè deriuet de eius Ecclesiæ thalamis tractare oportet asseramus, quæ ipsa excellit magis, sed hæc tam ingens Ecclesia quæ fama, & gestorum gloria impleuit vtrumque axẽ est Ecclesia Catholica igitur de huius Ecclesiæ nuptijs par est credidisse Epithalamium à Salomone conscriptũ fuisse.

Ex cõmuni Pat. calculo.

Tertia demũ, inquit, *& potissima causa est quoniam ex antiquis PP. & explanatoribus, ne vnus quidem negauit de Ecclesia gentiũ tractari in cantico Salomonis, etsi aliqui asserant agi etiam de Synagoga. At cum Ecclesiæ thalamis coniungere implere est eadẽ scriptura nuptias Synagogæ. Igitur de Ecclesia gentium sola tractatus est in Cantico Canticorum.*

Ex Apost. P. synagogam ancillã vocãte.

Confirmatur hæc argumentatio ex Apost. Paulo ad Gal. 4. vbi synagogam ancillæ, Ecclesiam autem liberæ, & Dominæ comparat, at sponsa, de qua in hoc Cantico agitur non est ancilla, sed primaria sponsa, & suprema Regina, vt patet ex illis verbis. *Sexaginta sunt Reginæ, Octaginta Concubinæ, adolescentularum non est numerus.* Vna est *columba mea &c.* Ergo non est hæc sponsa Sinagoga. Vt autem meam sententiam explicem.

Cant. 6.7.

Non de sola synagoga.

5 Dico primo de sola Synagoga in hoc Cantico, Ecclesia gentium exclusa, tractari est omnino improbabile, tum quia contra omnes Patres, & expositores, & S. Scrip. non cõsonum, tum etiam quia respectu Ecclesiæ Catholicæ ipsa Synagoga ancillæ potius nomen, quam sponsæ meretur.

Dico

Dico secundo. Qui diceret sponsam esse Ecclesiam, vt complectitur Synagogam, & Ecclesiam gentium non improbabiliter loqueretur. Hanc sẽtentiam docuit Liranus, in 1. versu dicens. *Sponsa videtur ipsa Ecclesia complectens statum vtriusq; testamenti, quia sicut est vna fides modernorum, & antiquorum sic est vna Ecclesia. Confirmatur quoniam & in multis parabolis cõnexa sunt hæ duæ significationes,* nam in illa de operarijs in vineã missis, per operarios mane, tertia, & 6. missos Patriarchæ, & Prophetæ communiter intelliguntur, per operarios verò vndecimæ horæ Apostoli, & ad rẽ magis eadem vinea dicitur auferenda à Iudæis, & tradenda alijs colonis, per quam intelligi non potest Synagoga tãtum, quia hæc non est tradita alijs neque Ecclesia Euangelica tãtum, quia hæc ablata non fuit à Pharisæis. Sumitur igitur vinea, prout abstrahit ab antiqua, & noua, & prout vtramque amplectitur. Quid mirum igitur, si idem de sponsa huius Epithalamij dicatur?

Sponsa cõplectẽs Synagogam & Ecclesiã probabiliter asseritur.

Liranus.

6 Præterea, quis Abrahamum, Moysen, Samuelem, Dauidem, Danielem, Ieremiam, & alios Sanctissimos Patriarchas ad Christi sponsã pertinere, & cœlestibus nuptijs potituros neget? Nonne dixit Dominus gentes cum Abraham, Isaac, & Iacob recubituras? Nonne doctor gentium, Oleastrum populum .s. gentilem in bonam oliuam insitum fuisse ait? Non ergo sunt duæ plantæ distinctæ, nec erunt in Cęlo duo conuiuia discreta, sed simul recumbent Patres veteris legis cum Sanctis Euangelicæ gratiæ, & eiusdem plantæ rami vtriusq. testamenti fideles, & pij dicendi erunt. Imò .s. August. t. 7. lib. 3. c. 4. ad Bonif. contra Epist. Pelagionor. Sanctos hos PP. ad nouum testamẽtum spectare docet cuius verba sunt Hi (de quibus supra dixerat) *pertinent ad testamentum nouum filij promissionis. Huius generis fuerunt antiqui omnes iusti, & ipse Moyses testamenti Minister veteris, & hæres noui*, & infra *eadem igitur fides & in illis, qui nondum nomine, sed re ipsa fuerunt antea Christiani, & in istis qui non solum sunt, verum etiam vocantur &c.*

Patriarchæ ad Christi sponsam pertineat.

S. August.

Dices, S. Ioannes Bapt. Prophetarum Sanctissimus non audet

S. Io: Bapt. an ad spõsam pertineat.

audet se sponsam appellare, sed tantum sponsi amicum Ioan. 3. ***Amicus sponsi stat, & gaudio gaudet propter vocem spõsi***, ergo multo magis reliqui Prophetæ ad sponsam non pertinebunt.

Ioã. 3. 29.

Resp. ex similitudine Apostolorum.

Respondeo neque D. Paulus, aut D. Petrus se sponsã appellare audebãt, cum tamen ad sponsam eos pertinere, nulli dubium esse possit. Dicendum igitur, quemlibet Sãctum seorsum sumptum, non vocari Ecclesiam, ac proinde neque sponsam, prout nunc de qua loquimur, simul tamen cum alijs, & Ecclesiam, & sponsam esse. Cum .n. Sanctis noui testamenti non fuerit inferior .s. Ioannes Bapt. non esse dicendum ad dilectissimam sponsam, minus quam illos, pertinuisse. Neque mirum, duas veluti personas ipsum sustinere. Nam, & Apostoli Ecclesiam sponsam constituebant, & tamen filij spõsi, I. amici, & familiares appellantur. Matt. 9. 15.

Matt. 9.

Totum Cãticũ de Synagoga, & totũ de Ecclesia non inepte dici

7 Dico tertio Nec omnino improbabiliter locuturum, qui assereret, totum sacrum hoc Epithalamium de Synagoga explicari posse, & totum etiam de Ecclesia. Ratio huius dicti est, quia nullum est mysterium legis nouæ, quod præfiguratum non fuerit in lege veteri, non ergo improbabiliter loqueretur, qui diceret, Synagogam Ecclesiæ figuram fuisse, & eius desponsationem cum Deo, vmbram fuisse desponsationis Ecclesiæ cum Christo, totum ergo Epithalamium, est de sinagoga tamquam de figura, & vmbra ad literam, & totum de Ecclesia, tamquam de præfigurata, & adumbrata mystice explicari posset. Quare non est omnino contemnenda paraphrasis Caldaica, quæ totum hoc Canticum de Synagoga exposuit, & in paraphrasi huius primi versus inquit. ***Benedictum nomen domini, qui dedit nobis legem per manum Moysi scribæ magni, scriptam in duabus tabulis lapideis, & loquebatur nobiscum facie ad faciem, sicut eius qui osculatur socium suum.***

Caldaic. Paraphrasis.

Distinguitur de Synagoga.

Ad primum ergo argumentum, quod contra Synagogam arietabat Sherlogus, omnium .s. interpretum calculo intelligi hoc Epithalamium non de synagoga, sed de Eccle-

Ecclesia. Respondeo si non de synagoga tantum, intelligat, admittimus & cōtra nostram sententiam non pugnat; si verò inficietur agi de Synagoga simul cum Ecclesia, vel tanquā de vmbra illius, negamus hanc fuisse mentem omnium interpretum, vel quippiam absurdi continere.

Ad secundum negamus Patriarcharum, & Prophetarū cœtum dignum non fuisse, vt de eo hoc Canticum ederetur, præcipuè si vt Ecclesiæ coniunctus consideretur.

Synagoga & Ecclesia nō pugnāt.

Ad tertium dico esse impossibile, nuptias synagogæ cū Ecclesiæ thalamo coniungere, sicuti etiam lex noua, & lex vetus sibi optimè cohærent, vt contra Manichæos, qui aduersari Euangelium testamento veteri contendebant, demonstrant Patres, ac præsertim S. Augustinus contra fortunatum, & alios Manichæos tomo 6. Agi igitur de Synagoga, & de Ecclesia, tamquam de eadem sponsa, nullum est absurdum. Imò etiam si tamquam de duabus distinctis sermo esset, incommodum nullum magnum sequeretur; præsertim iuxta nostram sententiam, qui Canticum hoc multa peculiaria Cantica, & Epithalamia complecti arbitramur, non esset ergo mirum, si plures sponsas, & multiplices nuptias personaret, quamuis hoc facilius in historico sensu, quam in allegorico admitterem; non est .n. nouum, quod eadem res per multas figuras sit ante præmonstrata, quare à multitudine figurarum, ad pluralitatē mysteriorum argumentum non valet.

S. Aug.

Ancillæ nomen sponsa nō repugnat.

18 Ad nostram cōfirmationem respondemus Synagogā considerari posse, vt ab Ecclesia cōtradistinctam, & ei collatam & appellari ancillam, imò verò scortum, aut vt Ecclesiæ cōiunctam, & tunc sponsæ nomen subire. Adde neque Ancillæ nomine nuptias excludi, vt patet in Agar, & alijs multis in lege veteri.

An

An sponsæ nomine Ecclesia Catholica intelligatur.

EXCVRSIO II.

Pars affirmans suadetur.

1 NEQVE dubitare hac de re fas alicui videbitur, cum vno ore omnes PP. & reliqui catholici expositores, id, tamquam certum, & extra dubitationis aliam, affirment. Habet etiã hæc sententia magnum in scriptura fundamentum. Nã S. Paulus ad Ephes. 5. ait *Viri diligite vxores vestras sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam*, quibus verbis alludere videtur ad ea verba Cantici 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*, & ad Ephes. post relata Adæ verba ad vxorem suam. *Propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrẽ suam* Subinfert: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.*

Ad Ephes. 5. 25.

Cant. 4.

Ad Eph. 5. 31.

Christi auctoritate probatur.

Insinuat eandem sententiam Dominus, & Saluator noster, dum se sponsum dicit in Euangelio, vt Matt. 9. & 23. & discipulos amicos sponsi Ioan. 3. Concinunt aliæ S. Scripturæ vt Psal. 44. qui totus est in celebrandis sponso, & spõsa Item Psal. 18. sub metaphora solis vocatur Christus Dominus sponsus: *Et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo*. Multis quoq; parabolis id ipsum innuit dominus vt Matt. 22. 2. *Homo quidam fecit nuptias filio suo*, & Matt. 25. de Virginibus dicitur, quod, *exierunt obuiam sponso, & sponsæ*. Denique in Apocalypsi canunt Angeli, *Gaudeamus, & exultemus, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se.*

Matt. 9.

Ioan. 3.

Psal. 18. 6.

Matt. 22. 2

Matt. 25. 1

Apoc. 19. 7.

2 Duplici tamen, nec modica difficultate hæc ipsa sententia vrgetur. Altera est, quia non facile apparet, quãdo potuerit Ecclesia osculum ab sponso, & nuptias expetere.

Nam

Nam si per osculum expetitum incarnatio, vt communis opinio fert, intelligitur, quando hæc patrata est, Ecclesia nondum nata erat, ac proinde nec ipsam incarnationem, aut aliquid aliud expetere poterat. Si dicas, per osculum intelligi doctrinam, vt nonnulli volunt, iuxta illud psal. 2. *Apprahendite disciplinam*, quod alij vertunt *Osculamini filiũ*. Iam nõ erit hoc Canticum Epithalamium, cum de doctrina tradenda, non de dextera iungenda, in eo agatur. Si dicas, agi quidem de nuptijs Ecclesiæ, sed non per incarnationem contractis, duplex cõsurget scopulus. Alter, quod incarnationis mysterium in hoc Cantico præteritum erit, quod absonum videtur in Cantico, quod amorem Dei cõcelebrat, cum fuerit hoc summum amoris signum, & aliorũ omnium beneficiorum origo, quare meritò Christus Dominus, vt Dei erga mundum amorem significaret, hoc in medium attulit dicens. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret*. Alter scopulus est, quoniam non facilè erit definire, quando hæ nuptiæ inter Christum, & Ecclesiam celebratæ fuerint, supponiturque Ecclesia in hoc mundo fuisse, & nondum Christo desponsata.

Psal. 2. 12.

Nuptiæ an potuerint ab Ecclesia expeti.

Io. 3. 16.

3 Altera difficultas est, quoniam præter sponsam, aliæ quædam vxores, aut amicæ in hoc cantico memorantur, dicitur .n. *sexaginta sunt Reginæ, octoginta concubinæ, adolescentularum non est numerus*. Cant. 6. & cap. 1. *Adolescentulæ dilexerunt te nimis*. Atqui extra Ecclesiã Catholicam nulla est alia vxor Christi, neq; anima vlla, quæ ipsum diligat, inter quas igitur erit hæc comparatio? S. Epiph. lib. 3. c. hæreses pag. 41. per 60. Reginas, Patres, qui accensentur in genealogia Saluatoris designari inquit, per 80. Concubinas, multiplices intelligit hæreses. Per adolescentulas, innumirabiles Philosophorum sectas, Ab eo parum differt Philo Carpathius, qui per Concubinas Gentiles, & Idololatras intelligit, per adolescentulas verò incipientes. Verũ in bonam partem accipienda esse hæc omnia nomina, communior est Patrum sensus, & contextus ipse indicat; præferri .n. sponsum meretricibus, & non dilectis magnum nõ

Secunda difficultas de sponsæ sodalibus.

Cant. 6. 7.

Cant. 1. 3.

S. Epiph.

esset; atqui sponsus per hanc comparationem singulare indicat priuilegium sponsæ, quæ cæteris mulieribus, etsi valdè dilectis, longè antefertur.

Tres fidelium ordines.

Communiori igitur PP. sensu hi tres fœminarum ordines ad 3. distinctos referuntur fidelium gradus, veluti per reginas perfectos, per concubinas proficientes, per adolescentulas incipientes intelligentes. Verum si ab his contradistinguatur Ecclesia Catholica, qui nam fideles in ipsa remanebunt? Quomodoue extra ipsam Ecclesiam proficientes, aut perfecti reperientur?

Affirmans sententia, probatur.

4 His tamen non obstantibus, valdè probabilis est hęc sententia, non solum ob auctoritatem PP. qui eam sectantur, sed etiam quia Ecclesiam esse Christi sponsam, negari non potest, & sponsam, quam ipse vehementissime dilexit, quare nisi ab hoc Epithalamio excludatur Christus sponsus, non videtur Ecclesia sponsa ablegari posse. Vt igitur difficultates supra positas superemus, omni conatu enitendum erit.

Ad primă difficultatem.

Quo ad primam igitur difficultatem, qui per osculum, & nuptias, diuini verbi incarnationem intelligunt, & hæc verba. *Osculetur me osculo oris sui* sponsæ assignant, non video, quomodo hunc nodum perfectè dissoluere possint. Nam ante incarnationem nondum erat Ecclesia nata; ergo neque loqui poterat, nec aliquid expetere. Quare Sherlogus per osculum expetitum, non Incarnationem, sed Resurrectionem intelligit, Ghisl. autem Sp. S. missionem, de quibus postea agemus. Qui autem sub osculi metaphora Incarnationem latere arbitrantur, Ecclesiæ, quatenus etiã synagogam amplectitur, expetitionem illam tribuunt. In nostra autem sententia, qui volumus non ab sponsa, sed à cantoribus illa verba proferri, minus quidem pugnantia dici videntur, sed neque omnis difficultas tollitur; Nam si tempore Incarnationis nondum nata erat Ecclesia, sicuti nõ ab ea, ita neque de ea verba illa proferri videri possunt. Cui tamen obiectioni multipliciter occurrere possumus. Primo si dicamus, natam quidem tunc non fuisse Ecclesiã

An per incarnationē Ecclesia desponsata.

secun-

secundum suum esse spirituale, natam tamen secundum esse naturale. Nam & gentes tunc erant, & plurimi etiam ex illis, qui postea credentes membra Ecclesiæ euaserunt, vita naturali fouebantur, & hoc sufficere, vt Angeli eius nomine, vel Patres Incarnationis osculum peterent.

An Ecclesia simul nata, & desponsata

n. 5 Secunda responsio esse poterit, simul cum Christo Domino genitam, & natam esse Ecclesiam, & in vtero Virginis, tanquam in thalamo, vt inquit S. Greg. illi fuisse desponsatam. At quomodo dices genitam? quomodo desponsatam? Respondeo genitam, quia eo ipso, quod Christus in mundum venit, tempus gratiæ; & Euangelicæ lucis incœpit, ac proinde, qui eo tempore iusti extabant, cœperunt ad Ecclesiam Euangelicam pertinere, & Christo desponsari, quod si durum alicui hoc videbitur, saltem de anima B. M. V. quæ huius tanti mysterij conscia erat, negandum nō videtur, & quamuis ipsa sola dici non potuit Ecclesia, quæ est congregatio multorum, Ecclesiæ tamen principium dici, sicuti vnitas est principium numeri, non repugnat. Ipsa igitur Ecclesiæ nomine desponsationem recepisse dici potest. Quod verò Ecclesia simul, & genita, & desponsata fuerit nō mirum, cùm idem ferè acciderit in primis nostris parentibus Eua .n. vix genita fuerat, cum Adamo est desponsata.

S. Greg.

Quid patres, & Ecclesia de tẽpore suæ desponsationis.

n. 6 Dices, at Patres asserunt Ecclesiam eductam fuisse ex latere Christi in Cruce pendentis, sicuti Eua ex latere Adã dormientis; ergo non in Christi incarnatione dici potest genita. Resp. de Ecclesiæ cum Christo desponsatione variè loqui SS. PP. & Ecclesiã ipsam. Nam in festiuitate Epiphaniæ canitur. *Hodie cælesti sponso iuncta est Ecclesia &c.* Alibi etiam dicitur in vltima cœna nuptias cum Ecclesia Dominum celebrasse, & certè ante passionem Dominus noster spōsus est appellatus, imò, & ante Natiuitatem illis verbis: *Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo*, quæ verba egredienti ex vtero Virgineo Domino nostro aptat S. Mater Ecclesia. Vt ergo hæc concilientur, dicendum videtur etiam ante passionem fuisse quidẽ Ecclesiã Christo

Gen. 2. 22.

Psal. 18. 6.

Z 2 despon-

desponsatam, sed quoniam nouo titulo eam sibi Dominus in passione acquisiuit, meritò dicitur eam genuisse, & sibi desponsasse, sicuti Apoc. 5. 12. dicitur. *Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem & gloriam, & honorem, & benedictionem*; nō quod anteà hæc omnia non haberet, sed quoniam nouo quodam modo, & titulo ea accepit idest accepisse innotuit, & ita, vt omnes laudent eius virtutem diuinitatem &c.

Apoc. 5. 12.

Nuptiæ Ecclesiæ cum Christo quomodo intelligenda.

Tertia responsio potest esse. Quæ dicuntur de Christi, & Ecclesiæ nuptijs, sicuti materialiter intelligi non debēt, ita neque rigorosè, & ad mussim iuxtà humanas nuptias esse expendenda, sed per quandam accommodationem; neque à Prophetis, sicuti neque à Poetis tempora exquisitè distingui, cumq; Deo, cuius Spiritu afflati Prophetæ loquuntur, omnia sint præsentia, non mirum, si futura cum præteritis, aut pręsentibus ab ipsis commisceantur, & quodammodo confundantur, & illud sæpè dicatur perfectè completum, quod ferè cæptum est tantum, vt alibi fusius notamus, vel adesse quo ad realem pręsentiam, quod menti tantum, & cogitationi objjcitur. Vtque Epithalamij nomine hoc canticum decoretur, opus non esse, vt eo præsentes nuptiæ celebrentur, sed satis esse, vt ad eas suo tempore celebrandas, conditum fuerit.

Membra considerari interdum, vt à corpore distincta

7 Ad secundam difficultatem Resp. Reginas quidem, Concubinas, & Adolescentulas ad Ecclesiam spōsam spectare, & eius membra esse posse, nihilominus vt ab ea distinctas considerari, quatenus secundum esse suum peculiare spectantur, sicuti in Romana Republica (& idem de cæteris dici potest) plures erant Magistratus Consules, Quæstores, Prætores &c. qui partes quidem erant Reip. sæpè tamen ita loquebantur, vt ab ea distincti viderentur, dicebāt. n. se ministros esse Reip. aut ab ea missos &c. Ita ergo, & hic plures dicuntur esse animæ iustæ siuè perfectæ, siuè imperfectæ, quæ Ecclesię corpus integrant: ita tamen de eis est sermo, tanquam de extraneis, quia secundum id, quod in se peculiariter habent, considerantur.

Hæc

Hæc tamen responsio animum meum non implet, si.n. de vno, aut altero tantum membro mystici Ecclesiæ corporis, vel de vna, aut altera tãtum parte Reipub. vt ab ea distincta, sermo esset, posset forsitan responsio, & exemplum admitti. At membra, siue partes, quæ vt ab Ecclesia distinctæ considerantur, totam exhauriunt Ecclesiam, ergo nihil vlterius remanet, cui conferantur; Antecedens probatur, quoniam omnes Christi fideles, vel saltem iusti, qui ad Christi nuptias pertinent, his tribus gradibus perfectorũ, Proficientium, & Incipientium comprehenduntur, his igitur exclusis, quænam Ecclesia remanebit, quæ Christi dilectissima, & primaria sponsa dici mereatur? Certè vel nulla, vel ex peccatoribus tantum collecta supererit, quæ iustis præferri nequaquam digna erit. Confirmatur Romanæ Reip. exemplo, in qua tres ordines erant, Senatorũ, Equitum, & Popularium, si quis ergo diceret, parum ego diligo Senatores, Equites, & Populum Romanum, at vehementer Rempublicam Romanam, nonne nisi luderet, ipse illuderetur ab auditoribus? Ita ergo cũ in illis tribus gradibus, Perfectorum, Proficientium, & Incipientium tota iustorum Respublica cõtineatur, nihil remanet, quod eis in dilectione præferatur.

Allata responsio in dubium vertitur.

8 Præterea, cum vna pars toti confertur, & veluti ab eo distincta consideratur, oportet vt hoc fiat ratione alicuius attributi, quod ipsi soli parti competat, & non alijs partibus totum cõstantibus, sicuti cum dicimus Consules Rempublicam Romanam quodammodo gubernabant rectè loquimur, quoniam reliquæ partes eiusdem Reipub. non eo modo gubernabunt, sed gubernabãtur, at ratione attributi, in quo conueniebant omnes, non potuissent distingui. Cum igitur ad vnicam Ecclesiam omnes fideles spectẽt, & omnes, vt Ecclesiæ partes, Christo desponsentur, & ab eo diligantur, non rectè hic ab Ecclesia eius præcipuè partes, illi.f. fideles, qui reginarum nomine designantur, tanquam distinctæ recensentur.

Altera difficultas.


Altera responsio ex Comment. Gasp. Sanctij elici potest,

Gasp. Sãc.

Noua responsio expeditior.

test, qui in expositione historica asserit conferri hic sponsã non cum reliquis vxoribus Salomonis, siue sui sponsi, sed cum vxoribus aliorum Principum, ac si dicat habeãt principes, & Reges plures vxores, potiantur sub nomine reginarum, Cõcubinarum, & adolescentularum pluribus mulieribus, mihi vna sponsa cordi est, pro qua cunctas alias despicio, cui respondebit spiritualis intellectus, si dicamus præ sua dilecta Ecclesia sponsum Christum mundi reginas, & quaslibet alias animas, licet penes homines magnas, & præexcellentes, se nihili ducere, quod in Iob actitatum videtur. Cum enim dixisset Satan se totum orbem circumiuisse, non aliud obijcit illi Deus, quam vnum Iob, dicens, *Nunquid considerasti seruum meum Iob?* quasi nihil in vniuerso consideratione, & admiratione dignum, preter vnum Iob esset, & cum solum cæteris omnibus simul iunctis Dominus anteferret, & hæc igitur etiam sententia valdè est probabilis.

Iob.1.8.



An

An per osculum à Sponsa expetitum Sponsi Anastasis intelligenda.

EXCVRSIO III.

NOVA, & admirabilis, & omninò paradoxa doctissimi recentioris P. Sherlogi est interpretatio. Prima verba huius Cantici ab Ecclesia in illo triduo sepulturæ sui Spōsi Christi Domini nostri esse prolata, atque per eã ipsius resurrectionem, & regressum in mundum ad se consolandum, ipsam expetijsse. Quam vt persuadeat Anteloq. 3. sect. 4. subsect. 1. & vestig. 1. in exposit. mor. sect. 2. nonnulla prius tanquam suæ sententiæ fulcimenta statuit.

Paradoxa sententia.

P. Sherl.

Primum, non posse hæc verba synagogæ assignari, sed tantum Ecclesię gentium, vt à synagoga distinguitur. Probat quoniam seruis, & ancillis pedes, aut manus osculandę præbentur, oris autem osculum sponsę, siue alijs in nobilitate non imparibus reseruatur. Atqui synagoga ex D. Paulo ad Galat. 4. ancilla fuit, Ecclesia verò gentium est sponsa, ergo non illi, sed huic oris osculum fuit ambiendũ. Alijs etiam rationibus synagogam ab hoc Cantico excludit, quas excursu retulimus, & retudimus.

Eius fulcimenta. Primum esse verba Ecclesiæ.

Gal. 4.

Ponit secundò Christi, & Ecclesię sponsalia impatiendi, & moriendi tempora incidisse. Probat ex Cant. 3. verbis illis. *Egredimini filiæ Syon, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius*; quæ de Redemptore ad mortis articulum desponsato, multi Patres accipiunt S. Bern. ser. 5. in festo omnium SS. Theodoretus, Aponius, & alij multi ab ipso relati Anteloq. supra cit. n. 111.

Secundum in morte Christi Ecclesiam desponsatam.

Cant. 3. 11.

S. Bernar. Theodor. Aponius.

Confirmat, quia nil crebrius in PP. libris occurrit, quam de latere Christi in Cruce dormientis formatam eius coniugem Ecclesiam, vti de latere primi hominis soporati Eua

Cuius figura Eua formatio.

Archi-

Archigenetrix procreata est Tert. lib. de anima lib. 43. August. in psal. 116. Leo papa Ep. 23. ad Clerum, & plebem Constantinop. Hieronym. ad C. 5. Epist. ad Ephes. Chrisost. hom. 83. in Ioannem &c.

Tertul. August. Leo pap. Hierony. S. Chrys.

In Christi morte Synagogā extinctam.

2 Ratione quoque eandem comprobare nititur. Nam catenus, inquit, Christi nuptias cum Ecclesia gentium statuimus, quatenus synagoga dimissa, in eius locum suffecta est noua Ecclesia; cum ipsa sit, propter quam Christus reliquit Patrem suum .i. populum Iudaicum, & Matrem, hoc est synagogam, quemadmodũ ex PP. effatis declarauimus n. 112. Tum sic, de extincta Synagoga sententia certa, & constans apud Theologos est, per Christi mortem sublata legalia, nec deinceps obligasse, nam de legalium obligatione inquit Gabriel Vasquez t. 2. in p. 2. disp. 181. c. 1. certum est apud omnes, in ipsa Christi morte cessare: neque vllum hactenus legi, qui oppositum doceret.

Vasquez. P. Serlog.

Festiua nuptia in die Pentecostes

Concludit ergo Sherlogus Cõnubium Christi sic ordinandum, vt sponsalia obiens peregerit; Nuptiarum festiua die Pentecostes celebrauerit. Ad id autem excogitandum, & amplectendum præcipuè motus Sherlogus videtur, vt feriem huius sacri Cantici ita explicaret, vt omnes eius partes inter se ordine pulcherrimo connexæ, & concatenatæ apparerent, quod difficillimum in hoc Epithalamio esse, fatentur omnes, nec alia ratione id se posse consequi, nisi per hanc suam nouam cogitationem arbitratus est.

Sherlogi paraphrasis.

His igitur fundamentis iactis superædificat expositionẽ verborum *Osculetur me osculo oris sui*, dicens in metaphrasi. *Repudiata Synagoga despondet sibi in morte nouam ex Gentibus Ecclesiam Dei altissimus filius Iesus Christus. abest triduano dierum interuallo, inferos despolians anima beatissima inconiuncta corpori. PLANGIT absentiam noua coniux, eiusque precatur Genitorem, properè vt restituat, nec matrimonij sollemnes differat tædas, supplexque & humilis exorat, quando vxorem nominare non dedignatus sit, primariam, & dominam faciat.*

Domū reuertentes osculabantur propinqui.

Fulcire etiam satagit hanc suam explicationem antiquo illo more, quo redeuntes ex peregrinatione amicos, ac domesticos

meſticos oſculabantur, vt multis oſtendit Veſtig. 1. nu. 6. loco omnium ſufficiat D. Chryſoſt. qui hom. 30. in poſteriorem ad Corinth. ad illa verba: *Salutate inuicem in oſculo Sancto, ob eam, inquit cauſam ex peregrinatione aliqua redeuntes mutuo nos oſculamur, animis videlicet ad mutuum congreſſum accedentes.* At certe inquit, Sherlogus, *nonne peregrinatum, abierat, qui mortuus eſt, qui etiam vſque ad inferos deſcendit? Petit igitur chara ſponſa reducem fieri, atque vt remeantem liceat deoſculari ò reuertatur ad nos, intuemur, conſurgat, Oſculetur me oſculo oris ſui. Nonne tibi videtur hoc dulci eſtro laborare Maria Magdalena, quæ nihil aliud ſciat loqui, nihil reſpondere, nihil cogitare, niſi pro dilecto?*

D. Chryſ.

P. Sherl.

3 Hæc doctiſſimus Sherlogus, cuius non illibenter diſcipulus fierem niſi dubitationum quarundam funes me retinerent, eiuſque explicationem vltro amplexerer, ſi quam eſt diues, tam etiam pulchra videretur; Diuitem appello, quoniam plurimis eruditionis torquibus ac doctrinæ monilibus pretioſis ipſe eam exornauit; Pulchram affirmare non auſim, quoniam nec omnino congruam membrorum proportionem, nec coloris ſuauitatem perſpicio, vt verear de ea dicturum aliquem, quod cuidam alumno ſuo qui Helenam pretioſiſſimis gemmis, ac monilibus decoratam depinxerat, effatus eſt Apelles, *quia non potuiſti pulchram, effeciſti diuitem.* Diuitem igitur dipinxiſſe hanc ſuam Helenam Sherlogum fateor; an vero etiam pulchram, alijs diiudicandum relinquo, quæ tamen in ea oculos meos nô rapiant, pace tanti viri, ingenue indicabo.

Lepidum Apellis dictum.

An Sherlogo aptandum.

Clem. Alex. lib. 2. Pædag. c. 12.

Primo ergo Cum hanc expoſitionem ſe excogitaſſe, vt huius Cantici partes inter ſe aptè cohærerêt, connexęque, & concatenatæ eſſent, fateatur; mihi neque cum antecedentibus, ideſt cum titulo, neque cum conſequentibus rite connecti poſſe prima huius Cantici verba, eo modo expoſita, videntur. Non cum titulo, nam hic eſt, *Canticum Canticorum*, quod lętiſſimum argumentum, & iucundiſſimum melos ſperare nos cogit; atqui ſtatim in principio plangentis ciulatus, ſuſpiria in hac expoſitione nobis

An cum titulo hæc expoſitio cohæreat.

proponuntur, vt enim supra retulimus, *PLANGIT* inquit ipse in sua metaphrasi, *eius absentiam noua coniux*: At quid cum Cantico Canticorum planctus, & luctus? 4. Exponebat hoc Canticum S. Bernar. cum interim frater eius Gerardus diem suum obijt, quapropter ser. 26. ad fratres dixit: *Quid mihi, & Cantico huic, qui in amaritudine sum?* at longe maiorem fuisse amaritudinem sponsæ, quæ in ipso desponsationis puncto sponsum suum dilectissimum mortem oppetijsse videret, quis ambigat? Quid illi igitur, & Cantico huic? Non ignoro, tamen etiam in luctu fuisse aliquando adhibitum cantum, sed vocabantur tunc illi cantus lugubres, aut funebres, & magis proprio nomine lamentationes Threni, & Næniæ; At cantici nomen simpliciter prolatum lætitiam indicat, nec aliter vsurpari solet in scripturis Sanctis, ita Eusebius apud Agellium in præfatione psalmorum S. Augustin. quamuis non sine aliqua dubitatione modestiæ fortassis gratia in tit. psal. 4. idem affirmat inquiens. *Animaduertenda scriptura sunt, ne forte Canticum lætitiam indicet, Psalmi autem dicuntur qui cantantur ad psalterium*. Idem sine dubitatione asserit S. Hieronymus ad initium psal. 44. vti & Remigius Altisiodorensis, & Isidor. lib. 6. orig. cap. 19. *Canticum, inquit est vox cantantis in lætitia*; & peculiariter de hoc Cantico loquens Euseb. Cœsar. in proemio huius libri affirmat. *Hic liber quia nihil aliud, quam Dei solũ aduentum exprimit; iucunditatis tantum lætitiæ, & gaudij sermones habet*. S. Basil. in Isai. 5. *Cantica omnia alacriorem videntur in se complecti rerum constitutionem. Quod in Exodo scribitur Canticum triumphale est carmen, Canticum Canticorum est carmen nuptiale opere Dramatico pertextum*, & eleganter Algrinius Cardinalis. *Cum Canticum dicatur mentis exultatio, Canticum istud pro excellentia personarum ad se inuicem exultantium in eodem, Canticum Canticorum merito nominatur*. Aeterna quoque sapientia Cantum à lamentatione distinxit Matth. 11. 17. dicens *Cecinimus vobis tibijs, & non saltastis, lamentauimus, & non planxistis*. Sapiens etiam dixit. *Musica in luctu importuna*

Luctus cũ Cantic nõ congruit.

D. Bern.

Eusebius.

S. August.

Canticum lætitiam signat.

S. Hieron.

Isidor.

Eusebius. Cœsar.

S. Basil.

Algrinius Cardin.

Matt. 11. 17.

na narratio. Denique ex tono, quo ipsa Cantica in Synagogis canebantur, id ipsum colligere licet. Vt enim Zamora l. 1. c. 4. suæ grammat. testatur, a Io. Pineda in cap. 1. num. 1. Eccles. laudatus, Pentatheucus, & libri historici cantabuntur modo plano, & Ieni libri Prophetales modo seuero, & Satyrico: Psalterium modo contemplatiuo, & graui: Prouerbia modo plano, & consiliatiuo: *CANTICA* modo alacri, & *IOCVNDO* Ecclesiastes autem modo seuero. Si Canticum igitur lętitiam indicat, quale, & quantum gaudium per Canticum Canticorum significabitur? Quis ergo non videat, quam importune, quam violenter, quam indecenter sub titulo Cantici Canticorũ sponsa inducatur, viri sui obitum plangens?

Acutu excusatio. Dices, inualidum esse argumentum, quia denominatio Dramatum sumitur ab exitu, & à potiori, & præcedens dolor lætitiã auget, sicut vmbrę lumen in picturis accẽdũt idque in comœdijs, quę læto fine claudũtur, obseruari solet. Parum ergo refert, neque titulo repugnat, prima huius Cantici verba dolorem, & planctum præseferre, cum eius finis, & argumentum potissimum sint res lætissimæ, sed *An nõ sufficiens.* magis inualidam esse hanc responsionem ostẽdo. Nam potest titulus Cantici Canticorum vel cum toto poemate componi, & conferri, vel cum primis illius tantum verbis, si cum toto conferatur, non ei iuxta expositionem, quam impugnamus, rectè congruit. In ea enim non Ecclesiæ tantum nuptias, sed eius omnes euentus, tum fecundi, tũ aduersi vsque ad mundi finem rẽferri, huius expositionis autores volunt; Multa igitur sunt in eo lætis tristia, mœstis iucunda prosperis aduersa commista, non ergo titulo Cantici Canticorum, quo summa tantum lętitia significatur, debuit insigniri, alioqui historia quoq; Ecclesiastica Canticum Canticorum appellarę fas esset.

Luctum nullo pacto cũ titulo cohærere. Si autem cum primis illis Cantici tantum verbis conferatur, luce clarius liquet non cohærere, vt ex supradictis patet, neque suffragatur euasio, quod res subsequãtur lætæ, & iucundæ, nam hæ cum interim delitescant quin le-

gitur aliquem post suam anastasim osculatum esse, imò Magdalenæ eius pedes amplexari volenti dixit, *noli me tangere*.

8 At inquit à longinquo reuertentes osculari amicos consueuerant, esto. Verum, & discedentes quoque, & in longinquas oras abituros, aut diù non se visuros mutuo se osculari fuit moris. *Cognatos* inquit Alex. ab Alex. lib. 2. gen. cap. 19. *reliquosque necessarios, ubi diutius abfuissent, aut longius essent abfuturi, se inuicem osculari frequens vsus erat*, imò, & amicos recedentes, vt de Traiano Plinius in Panigyrico testatur dicens. *Gratum erat, quod aduenientem Senatū osculo exciperes, vt DIMISSVS OSCVLO fuerat*. In sacris quoque literis multa nobis suppetunt exempla, vt Ruth. 1. 14. *Orpha osculata est socrum, & reuersa est*. 1. Reg. 20. 41. Ionathas, & Dauid à se inuicem recessuri, osculantur se alterutrum. Act. 20. 37. *Procumbentes super collum Pauli* abeuntis *Osculabantur eum* discipuli, *& deducebant eum ad nauem*. Osculi igitur expetitio non magis aduentum significabit, quā discessum, imò hunc magis, quia ipsum antecedit, cum illum sequatur, & discessurus supponatur præsens, à quo proinde osculum obtinere non sit difficile, reuersurus verò absens, à quo nisi prius reuertatur, frustra osculum petitur.

9 Præterea etiam qui à loginquo reuertitur, tanquam ex itinere fatigatus, sedere solet, quis autem non irrideret regressum alicuius per eius sessionem significantem? Quis amici absentis rogans aduentum, scriberet ei, sedeas? oporteret ergo, vt non solum redeuntes osculari domesticos, siue sponsam consuessent, sed etiam vt non ob aliam causam oscula impertiri moris esset. Cum autem, & multis alijs de causis oscula libentur, & ambiantur, obscure nimis, & insolenter per osculum reditus alicuius, & multò magis eius resurrectio intelligitur.

Dices, nō esse poetica ad scholasticū perpēdiculū examinanda, & quālibet modicā cōnexionē ad huiusmodi trāslationes vsurpandas sufficere, longiq; maiorem inter osculum,

Io. 20. 17.

Aduenies, & recedētes amici osculo excipiebātur.

Alex. ab Alex.

Plinius.

Ruth. 1. 14.

1. Reg. 20. 41.

Act. 20. 37.

Per sessionem an reditus significetur.

Discrimen inter sessionem, & osculum.

Iuni, & amici reditum adesse, quam inter hunc, & sessionẽ. Nam ad hoc, vt sedeat, nõ oportet absentem ad me redire, cum & in loco à me remoto sedere possit, vt verò me osculetur, propinquum mihi fieri necesse est, neq; sessio perindè pertinet ad excipientes, sicuti osculum. Respondeo modicam connexionem, aut paruum fundamentum ad translationes tunc sufficere, quando alijs verbis, aut circunstantijs fulciuntur, & adiuuantur; alioqui nimis ænigmaticum redderent sermonem, hic autem nullum adest huiusmodi fulcimentum, quare nimis obscura, & insolens esset hæc translatio. Quo ad sessionem verò fateor inter ipsam, & osculum nonnullum adesse discrimen, sed declarationis gratia, non autem argumentationis, illius exemplum allatum est.

Translatio quando & quo fulcimento egeat.

Tantum ergo abest, vt per hanc osculi efflagitationem Resurrectionem expeti credam, vt mortem aptius per ipsam significari, & appeti existimem. Morientibus .n. ab amicis, aut agnatis oscula dari olim consueuisse quis paulo eruditior nesciat? (*In primis* (inquit Alex. ab Alex. lib. 3. *cap. 7.*) *obseruatum fuit, vt proximus sanguine morientis corpus, dum trahit animã amplexus, exhalantis spiritum OSCVLO EXCIPERET, flatumq; hauriret* ad quem morem alludens Virgilius Aen. 4. Annam Didonis sororem inducit dicentem.

Morientibus oscula data.

Alex. ab Alex.

Virgil.

Extremum, si quis super halitus errat,
ORE LEGAM.

Cicero.

Et Cicero 7. in Verrem *Matres miseræ pernoctabant ad ostium carceris, quæ nihil aliud orabant nisi vt filiorum EXTREMVM SPIRITVM EXCIPERE, sibi liceret*, cuius moris neque apud Græcos monumenta desunt. Nam Theocritus Idyll. 23. Venus Adonem suum deplorans fatur.

Theocrit.

Tantum me osculare, quantum viuat osculum,
Spiritus tuus effluet, quod dulce philtrum hauriam
Amoremque ebibam.

Vide alia, si lubet, testimonia, apud Ludouicum Cerdã in Virgilij locum supracitatum. Omittendus tamen non

est S.Am-

gitur aliquem post suam anastasim osculatum esse, imò Magdalenæ eius pedes amplexari volenti dixit, *noli me tangere.*

8 At inquit à longinquo reuertentes osculari amicos consueuerant, esto. Verum, & discedentes quoque, & in longinquas oras abituros, aut diù non se visuros mutuo se osculari fuit moris. *Cognatos* inquit Alex. ab Alex. lib. 2. gen. cap. 19. *reliquosque necessarios, vbi diutius abfuissent, aut longius essent obfuturi, se inuicem osculari frequens vsus erat*, imò, & amicos recedentes, vt de Traiano Plinius in Panigyrico testatur dicens. *Gratum erat quod aduenientem Senatū osculo exciperes, vt DIMISSVS OSCVLO fuerat.* In sacris quoque literis multa nobis suppetunt exempla, vt Ruth. p. 14. *Orpha osculata est socrum, & reuersa est.* 1. Reg. 20. 41. Ionathas, & Dauid a se inuicem recessuri, osculantur se alterutrum. Act. 20. 37. *Procumbentes super collum Pauli* abeuntis *Osculabantur eum* discipuli, *& deducebant eum ad nauem*. Osculi igitur expetitio non magis aduentum significabit, quā discessum, imò hunc magis, quia ipsum antecedit, cum illum sequatur, & discessurus supponatur præsens, à quo proinde osculum obtinere non sit difficile, reuersurus vero absens, à quo nisi prius reuertatur, frustra osculum petitur.

9 Præterea etiam qui à loginquo reuertitur, tanquam ex itinere fatigatus, sedere solet, quis autem non irrideret regressum alicuius per eius sessionem significantem? Quis amici absentis rogans aduentum, scriberet ei, sedeas? oporteret ergo, vt non solum redeuntes osculari domesticos, siue sponsam consuessent, sed etiam vt non ob aliam causam oscula impertiri moris esset. Cum autem, & multis alijs de causis oscula libentur, & ambiantur, obscure nimis, & insolenter per osculum reditus alicuius, & multò magis eius resurrectio intelligitur.

Dices, nō esse poetica ad scholasticū perpēdiculū examinanda, & quālibet modicā cōnexionē ad huiusmodi trāslationes vsurpandas sufficere, longéq; maiorem inter osculum,

Aduenies, & recedentes amici osculo excipiebantur.

Io. 20. 17.

Alex. ab Alex.

Plinius.

Ruth. 1. 14.

1. Reg. 20 41.

Act. 20. 37.

Per sessionem an reditus significetur.

Discrimen inter sipionem, & osculum.

Iuni, & amici reditum adesse, quam inter hunc, & sessionē. Nam ad hoc, vt sedeat, nō oportet absentem ad me redire, cum & in loco à me remoto sedere possit, vt verò me osculetur, propinquum mihi fieri necesse est, neq; sessio perindè pertinet ad excipientes, sicuti osculum. Respondeo modicam connexionem, aut paruum fundamentum ad translationes tunc sufficere, quando alijs verbis, aut circumstantijs fulciuntur, & adiuuantur; alioqui nimis ænigmaticum redderent sermonem; hic autem nullum adest huiusmodi fulcimentum, quare nimis obscura, & insolens esset hæc translatio. Quo ad sessionem verò fateor inter ipsam, & osculum nonnullum adesse discrimen, sed declarationis gratia, non autem argumentationis, illius exemplum allatum est.

Translatio quando & quo fulcimento egeat.

Tantum ergo abest, vt per hanc osculi efflagitationem Resurrectionem expeti credam, vt mortem aptius per ipsam significari, & appeti existimem. Morientibus .n. ab amicis, aut agnatis oscula dari olim consueuisse quis paulo eruditior nesciat? (*In primis* (inquit Alex. ab Alex. lib. 3. *cap. 7.*) *obseruatum fuit, vt proximus sanguine morientis corpus, dum trahit animā amplexus, exhalantis spiritum OSCVLO EXCIPERET, flatumq; hauriret* ad quem morem alludens Virgilius Aen. 4. Annam Didonis sororem inducit dicentem.

Morientibus oscula data.

Alex. ab Alex.

Virgil.

Extremum, si quis super halitus errat,
ORE LEGAM.

Et Cicero 7. in Verrem *Matres miseræ pernoctabant ad ostium carceris, quæ nihil aliud orabant nisi vt filiorum EXTREMVM SPIRITVM EXCIPERE, sibi liceret*, cuius moris neque apud Græcos monumenta desunt. Nam Theocritus Idyll. 23. Venus Adonem suum deplorans fatur.

Cicero.

Theocrit.

Tantum me osculare, quantum viuit osculum,
Spiritus tuus effluet, quod dulce philtrum hauriam.
Amoremque ebibam.

Vide alia, si lubet, testimonia, apud Ludouicum Cerdā in Virgilij locum supracitatum. Omittendus tamen non est S. Am-

gitur aliquem post suam anastasim osculatum esse, imò Magdalenæ eius pedes amplexari volenti dixit, *noli me tangere*.

8 At inquit à longinquo reuertentes osculari amicos consueuerant, esto. Verum, & discedentes quoque, & in longinquas oras abituros, aut diu non se visuros mutuo se osculari fuit moris *Cognatos* inquit Alex. ab Alex. lib. 2. gen. cap. 19. *reliquosque necessarios, vbi diutius abfuissent, aut longius essent obfuturi, se inuicem osculari frequens vsus erat*, imò, & amicos recedentes, vt de Traiano Plinius in Panigyrico testatur dicens. *Gratum erat quod aduenientem Senatū osculo exciperes, vt DIMISSVS OSCVLO fuerat*, In sacris quoque literis multa nobis suppetunt exempla, vt Ruth. 1. 14. *Orpha osculata est socrum, & reuersa est*. 1. Reg. 20. 41. Ionathas, & Dauid a se inuicem recessuri, osculantur se alterutrum. Act. 20. 37. *Procumbentes super collum Pauli* abeuntis *Osculabantur eum* discipuli, *& deducebant eum ad nauem*. Osculi igitur expetitio non magis aduentum significabit, quā discessum, imò hunc magis, quia ipsum antecedit, cum illum sequatur, & discessurus supponatur præsens, à quo proinde osculum obtinere non sit difficile, reuersurus vero absens, à quo nisi prius reuertatur, frustra osculum petitur.

A ducnies, & recedētes amici osculo excipiebātur.

Io. 20. 17.

Alex. ab Alex.

Plinius.

Ruth. 1. 14.

1. Reg. 20. 41.

Act. 20. 37.

9 Præterea etiam qui à loginquo reuertitur, tanquam ex itinere fatigatus, sedere solet, quis autem non irrideret regressum alicuius per eius sessionem significantem? Quis amici absentis rogans aduentum, scriberet ei, sedeas? oporteret ergo, vt non solum redeuntes osculari domesticos, siue sponsam consueuissent, sed etiam vt non ob aliam causam oscula impertiri moris esset. Cum autem, & multis alijs de causis oscula libentur, & ambiantur, obscure nimis, & insolenter per osculum reditus alicuius, & multò magis eius resurrectio intelligitur.

Per sessionem an reditus significatur.

Dices, nō esse poetica ad scholasticū perpēdiculū examinanda, & quālibet modicā cōnexionē ad huiusmodi trāslationes vsurpandas sufficere, longiq; maiorem inter osculum,

Discrimen inter sessionem, & osculum.

Iuri, & amici reditum adesse, quam inter hunc, & sessionē. Nam ad hoc, vt sedeat, nō oportet absentem ad me redire, cum & in loco à me remoto sedere possit, vt verò me osculetur, propinquum mihi fieri necesse est, neq; sessio perinde pertinet ad excipientes, sicuti osculum. Respondeo modicam connexionem, aut paruum fundamentum ad translationes tunc sufficere, quando alijs verbis, aut circunstantijs fulciuntur, & adiuuantur; alioqui nimis ænigmaticum redderent sermonem, hic autem nullum adest huiusmodi fulcimentum, quare nimis obscura, & in solens esset hæc translatio. Quo ad sessionem verò fateor inter ipsam, & osculum nonnullum adesse discrimen, sed declarationis gratia, non autem argumentationis, illius exemplum allatum est.

Translatio quando & quo fulcimento egeat.

Tantum ergo abest, vt per hanc osculi efflagitationem Resurrectionem expeti credam, vt mortem aptius per ipsam significari, & appeti existimem. Morientibus .n. ab amicis, aut agnatis oscula dari olim consueuisse quis paulo eruditior nesciat? (*In primis* (inquit Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 7.) *obseruatum fuit, vt proximus sanguine morientis corpus, dum trahit animā amplexus, exhalantis spiritum OSCVLO EXCIPERET, flatumq; hauriret* ad quem morem alludens Virgilius Aen. 4. Annam Didonis sororem inducit dicentem.

Morientibus oscula data.

Alex. ab Alex.

Virgil.

Extremum, si quis super halitus errat,
ORE LEGAM.

Et Cicero 7. in Verrem *Matres miseræ pernoctabant ad ostium carceris, quæ nihil aliud orabant, nisi vt filiorum EXTREMVM SPIRITVM EXCIPERE, sibi liceret*, cuius moris neque apud Græcos monumenta desunt. Nam Theocritus Idyll. 23. Venus Adonem suum deplorans fatur.

Cicero.

Theocrit.

Tantum me osculare, quantum viuat osculum,
Spiritus tuus effluet; quod dulce philtrum hauriam:
Amoremque ebibam.

Vide alia, si lubet, testimonia, apud Ludouicum Cerdā in Virgilij locum supracitatum. Omittendus tamen non

est S. Am-

gitur aliquem post suam anastasim osculatum esse, imò Magdalenæ eius pedes amplexari volenti dixit, *noli me tangere*.

8 At inquit à longinquo reuertentes osculari amicos consueuerant, esto. Verum, & discedentes quoque, & in longinquas oras abituros, aut diu non se visuros mutuo se osculari fuit moris. *Cognatos* inquit Alex. ab Alex. lib. 2. gen. cap. 19. *reliquosque necessarios, vbi diutius abfuissent, aut longius essent obfuturi, se inuicem osculari frequens vsus erat*, imò, & amicos recedentes, vt de Traiano Plinius in Panigyrico testatur dicens. *Gratum erat quod aduenientem Senatũ osculo exciperes, vt DIMISSVS OSCVLO fuerat*. In sacris quoque literis multa nobis suppetunt exempla, vt Ruth. 1. 14. *Orpha osculata est socrum, & reuersa est*. 1. Reg. 20. 41. Ionathas, & Dauid à se inuicem recessuri, osculantur se alterutrum. Act. 20. 37. *Procumbentes super collum Pauli* abeuntis *Osculabantur eum* discipuli, *& deducebant eum ad nauem*; Osculi igitur expetitio non magis aduentum significabit, quã discessum, imò hunc magis, quia ipsum antecedit, cum illum sequatur, & discessurus supponatur præsens, à quo proinde osculum obtinere non sit difficile, reuersurus vero absens, à quo nisi prius reuertatur, frustra osculum petitur.

Aduenies, & recedẽtes amici osculo excipiebãtur.

Io. 20. 17.

Alex. ab Alex.

Plinius.

Ruth. 1. 14.

1. Reg. 20 41.

Act. 20. 37.

9 Præterea etiam qui à loginquo reuertitur, tanquam ex itinere fatigatus, sedere solet, quis autem non irrideret regressum alicuius per eius sessionem significantem? Quis amici absentis rogans aduentum, scriberet ei, sedeas? oporteret ergo, vt non solum redeuntes osculari domesticos, siue sponsam consuessent, sed etiam vt non ob aliam causam oscula impertiri moris esset. Cum autem, & multis alijs de causis oscula libentur, & ambiantur, obscure nimis, & insolenter per osculum reditus alicuius, & multò magis eius resurrectio intelligitur.

Per sessionem an reditus significetur.

Dices, nõ esse poetica ad scholasticũ perpẽdiculũ examinanda, & quãlibet modicã cõnexionẽ ad huiusmodi trãslationes vsurpandas sufficere, longiq; maiorem inter oscu-

Discrimen inter sessionem, & osculum.

lum,

Iuni, & amici reditum adesse, quam inter hunc, & sessionē. Nam ad hoc, vt sedeat, nō oportet absentem ad me redire, cum & in loco à me remoto sedere possit, vt verò me osculetur, propinquum mihi fieri necesse est, neq; sessio perinde pertinet ad excipientes, sicuti osculum. Respondeo modicam connexionem, aut paruum fundamentum ad translationes tunc sufficere, quando alijs verbis, aut circunstantijs fulciuntur, & adiuuantur; alioqui nimis ænigmaticum redderent sermonem, hic autem nullum adest huiusmodi fulcimentum, quare nimis obscura, & insolens esset hæc translatio. Quoad sessionem verò fateor inter ipsam, & osculum nonnullum adesse discrimen, sed declarationis gratia, non autem argumentationis, illius exemplum allatum est.

Translatio quando & quo fulcimento egeat.

Tantum ergo abest, vt per hanc osculi efflagitationem Resurrectionem expeti credam, vt mortem aptius per ipsam significari, & appeti existimem. Morientibus .n. ab amicis, aut agnatis oscula dari olim consueuisse quis paulo eruditior nesciat? (*In primis* (inquit Alex. ab Alex. lib. 3. *cap.* 7.) *obseruatum fuit, vt proximus sanguine morientis corpus, dum trahit animā amplexus, exhalantis spiritum OSCVLO EXCIPERET, flatumq; hauriret* ad quem morem alludens Virgilius Aen. 4. Annam Didonis sororem inducit dicentem.

Morientibus oscula data.

Alex. ab Alex.

Virgil.

Extremum, si quis super halitus errat,
ORE LEGAM.

Et Cicero 7. in Verrem *Matres miseræ pernoctabant ad ostium carceris quæ nihil aliud orabant nisi vt filiorum EXTREMVM SPIRITVM EXCIPERE, sibi liceret*, cuius moris neque apud Græcos monumenta desunt. Nam Theocritus Idyll. 23. Venus Adonem suum deplorans fatur.

Cicero.

Theocrit.

Tantum me osculare, quantum viuat osculum,
Spiritus tuus effluet, quod dulce philtrum hauriam
Amoremque ebibam.

Vide alia, si lubet, testimonia, apud Ludouicum Cerdā in Virgilij locum supracitatum. Omittendus tamen non

est S. Am-

proponuntur, vti enim supra retulimus. *PLANGIT* inquit ipse in sua metaphrasi, *eius absentiam noua coniux*. At quid cum Cantico Canticorum planctus, & luctus?

Exponebat hoc Canticum S. Bernar. cum interim frater eius Gerardus diem suum obijt, quapropter ser. 26. ad fratres dixit. *Quid mihi, & Cantico huic, qui in amaritudine sum?* at longe maiorem fuisse amaritudinem sponsæ, quæ in ipso desponsationis puncto sponsum suum dilectissimum mortem oppetijsse videret, quis ambigat? Quid illi igitur, & Cantico huic? Non ignoro tamen etiam in luctu fuisse aliquando adhibitum cantum, sed vocabantur tunc illi cantus lugubres, aut funebres, & magis proprio nomine lamentationes Threni, & Næniæ. At cantici nomen simpliciter prolatum lætitiam indicat, nec aliter vsurpari solet in scripturis Sanctis, ita Eusebius apud Agellium in præfatione psalmorum S. Augustin. quamuis non sine aliqua dubitatione modestiæ fortassis gratia in tit. psal. 4. idem affirmat inquiens. *Animaduertenda scriptura sunt, ne forte Canticum lætitiam indicet, Psalmi autem dicuntur qui cantantur ad psalterium*. Idem sine dubitatione afferit S. Hieronymus ad initium psal. 44. vti & Remigius Altisiodorensis, & Isidor. lib. 6. orig. cap. 19. *Canticum*, *inquit est vox cantantis in lætitia*, & peculiariter de hoc Cantico loquens Euseb. Cæsar. in proemio huius libri affirmat. *Hic liber quia nihil aliud, quam Dei solū aduentum exprimit, iucunditatis tantum lætitiæ, & gaudij sermones habet*. S. Basil. in Isai. 5. *Cantica omnia alacriorem videntur in se complecti rerum constitutionem: Quod in Exodo scribitur Canticum triumphale est carmen, Canticum Canticorum est carmen nuptiale opere Dramatico pertextum*, & eleganter Algrinius Cardinalis. *Cum Canticum dicatur mentis exultatio, Canticum istud pro excellentia personarum ad se inuicem exultantium in eodem, Canticum Canticorum merito nominatur*. Aeterna quoque sapientia Cantum à lamentatione distinxit Matth. 11. 17. dicens *Cecinimus vobis tibijs, & non saltastis, lamentauimus, & non planxistis*. Sapiens etiam dixit. *Musica in luctu importu-*

D. Bern.

Luctus cū Cantic nō congruit.

Eusebius.

S. August.

Canticum lætitiam signat.

S. Hieron.

Isidor.

Eusebius. Cæsar.

S. Basil.

Algrinius Cardin.

Matt. 11. 17.

na narratio. Denique ex tono, quo ipsa Cantica in Synagogis canebantur, id ipsum colligere licet. Vt enim Zamora l. 1. c. 4. suæ grammat. testatur, a Io. Pineda in cap. 1. num. 1. Eccles. laudatus, Pentatheucus, & libri historici cantabuntur modo plano, & leniter: libri Prophetales modo seuero, & Satyrico: Psalterium modo contemplatiuo, & graui: Prouerbia modo plano, & consiliatiuo: *CANTICA* modo alacri, & *IOCVNDO* Ecclesiastes autem modo seuero. Si Canticum igitur lętitiam indicat, quale, & quantum gaudium per Canticum Canticorum significabitur? Quis ergo non videat, quam importune, quam violenter, quam indecenter sub titulo Cantici Canticorũ sponsa inducatur, viri sui obitum plangens?

5 Dices, inualidum esse argumentum, quia denominatio Dramatum sumitur ab exitu, & à potiori, & præcedens dolor lætitiã auget, sicut vmbrę lumen in picturis accẽdũt idque in comœdijs, quę læto fine claudũtur, obseruari solet. Parum ergo refert, neque titulo repugnat, prima huius Cantici verba dolorem, & planctum præseferre, cum eius finis, & argumentum potissimum sint res lætissimæ, sed magis inualidam esse hanc responsionem ostẽdo. Nam potest titulus Cantici Canticorum vel cum toto poemate componi, & conferri, vel cum primis illius tantum verbis, si cum toto conferatur, non ei iuxta expositionem, quam impugnamus, rectè congruit. In ea enim non Ecclesiæ tantum nuptias, sed eius omnes euentus, tum secundi, tũ aduersi vsque ad mundi finem referri, huius expositionis autores volunt; Multa igitur sunt in eo lætis tristia, mœstis iucunda prosperis aduersa commista, non ergo titulo Cantici Canticorum, quo summa tantum lętitia significatur, debuit insigniri, alioqui historia quoq; Ecclesiastica Canticum Canticorum appellare fas esset.

Acutu excusatio.

An nõ sufficiens.

Si autem cum primis illis Cantici tantum verbis conferatur, luce clarius liquet non cohærere, vt ex supradictis patet, neque suffragatur euasio, quod res subsequãtur lætæ, & iucundæ, nam hæ cum interim delitescant quin le-

Luctum nullo pacto cũ titulo cohærere.

ctor, aut auditor, non se statim deceptum putet, prohibere nequeunt, cum pro lætitia ad quam inuitatus fuerat, planctus ei proponatur. Neque exemplum picturæ satisfacit, quoniam in hac vmbræ simul cum lumine obtutibus obijciuntur, at hic in principio luctus tantum, & dolor proponitur. Neque alterum de comœdia, quia per eam omnes intelligunt fabulam ex tristibus, & lætis conflatam Et quæ in ea præcedunt tristia, multo debent esse leuiora, potiusque timorem, & turbationem inuehere, quam vero timore animum exulcerare, Quare Iulius Cæsar Scaliger summæ eruditionis, & acerrimi iudicij vir lib. 1. Poet. c. 6. Comœdiã à Tragœdia distinguens. *In illa*, inquit, *INITIA TVRBATIVSCVLA, fines læti*. Hic autẽ non turbatiuscula tantum, aut turbida finguntur initia, sed summè luctuosa, & acerba. Quid enim acerbius, aut luctuosius adolescentulæ sponsæ, quam dilectissimi sponsi in ipsa nuptiarũ celebratione mors sæuissima, excogitari potest? cumque Canticum Canticorum qui audit, meram, & puram lætitiam, synceramque gaudium absque vlla mœstitię admixtione sibi promittit, extemplo summum luctum acerbissimum dolorem; qualis est, qui ex dilectissimi sponsi obitu contrahit sponsa sibi propositum videt.

6. Sed neque cum sequentibus hæc expositio congruit. Deliciarum enim, & voluptatum se cupidam ostendit spõsa, dum inquit: *Quia meliora sunt vbera tua vino, & oleum effusum nomen tuum*, & paulò infra, *Introduxit me Rex in cellaria sua; exultabimus, & lætabimur in te*. At quis non percipiat, quam absonum, & indecens sit, sponsam obitum viri sui plangentem, voluptatum meminisse, vel appetentem esse? Quam etiam inuerisimiliter inducitur sponsa, à viro suo defuncto, quærens vbi pascat, & vbi cubet in meridie? Quam importune vbera sponsi laudet, cum vulnera deflere deberet? Quam parum amãter se gerat, dum eius resurrectionem, non ob illius gloriam, sed vt eius tantum iucũditate fruatur, expetit? Quam facile ad alia digrediatur, dicens se nigram, & formosam? Nam hæc omnia vsque ad-

Neq; sequẽtibus cohæret.

Cant. 1.

uer-

Cant.1.9. uersum 8. scilicet. *Equitatui meo in curribus Pharaonis &c.* in quo de Resurrectione Christi vult sermonem esse (expendat lector, quam apposite) in illo triduo dominicæ sepulturæ ab sponsa prolata fuisse commentatur, Cumque, tunc etiam velit esse natam, tanquam si diu ante vixisset, multa, quæ olim sibi contigerunt, refert.

7 Sed missa collatione cum alijs verbis, ipsius explicationem in se ipsa consideremus, *sunt*, inquit ipse, hæc *verba osculetur me osculo oris sui Ecclesiæ Christi Anastasim concupiscentis vota*. Magnum certe ænigma, quis per osculum expetitum, Resurrectionem ex mortuis, nisi hic Pater aperuisset, intellexisset vnquam? Quid osculo cum resurrectione? Numquid quia sponsa non resurrexerat, osculari sponsum non poterat? Resurrectio non est ad aliud, sed ad propriam sui vitam, osculum vero est ad alium, quia osculato datur; spectant igitur ad diuersas cathegorias, Resurrectio ad substantiam, osculum ad relationem, siue ad actionem, quid ergo commune habere possunt? At inquit, per resurrectionem redit sponsus ad sponsam, regredientes verò à longinquo, osculari amicos, & propinquos consuetum erat, idcircò per osculum sponsi regressum insinuat, at nimis de loginquo traducta est hæc, quam ipse vocat, metaphora, imò nimis violenter attracta. Vel enim ratione similitudinis, vel cõnexionis, & consequentiæ merito, anastasim, aut reditum osculum, significat, Non prius, quia nulla adest similitudo inter osculum, & resurrectionem, siue regressum. Non posterius, quia neque connexio inter ista reperitur; Ratione connexionis per fumum significamus ignem, vt cum dicimus *altaria fumant, aut montes fumigabunt*. At neque resurgentes, neque reuertentes, omnes osculo excipiuntur, præsertim si viri sint à fœminis, vt exemplo vxoris filiæ Raguelis Velit. 1. excurs. 5. allato constat, & osculum etiam à non resuscitatis, & non reuertentibus recipitur, nulla igitur inter hæc connexio reperitur, imò numquam credo contigisse, vt resurgens aliquis amicos oscularetur, neque de Christo legitur

Per osculũ resurrectionem peti quam absonum.

Inter osculum, & Anastasim nulla similitudo, aut connexio.

gitur

gitur aliquem post suam anastasim osculatum esse, imò Magdalenæ eius pedes amplexari volenti dixit, *noli me tangere*.

8 At inquit à longinquo reuertentes osculari amicos consueuerant, esto. Verum, & discedentes quoque, & in longinquas oras abituros, aut diu non se visuros mutuo se osculari fuit moris *Cognatos* inquit Alex. ab Alex. lib. 2. gen. cap. 19. *reliquosque necessarios, vbi diutius abfuissent, aut longius essent obfuturi, se inuicem osculari frequens vsus erat*, imò, & amicos recedentes, vt de Traiano Plinius in Panigyrico testatur dicens. *Gratum erat quod aduenientem Senatũ osculo exciperes, vt DIMISSVS OSCVLO fuerat*. In sacris quoque literis multa nobis suppetunt exempla, vt Ruth. p. 14. *Orpha osculata est socrum, & reuersa est*. 1. Reg. 20. 41. Ionathas, & Dauid à se inuicem recessuri, osculantur se alterutrum. Act. 20. 37. *Procumbentes super collum Pauli abeuntis osculabantur eum* discipuli, *& deducebant eum ad nauem*. Osculi igitur expetitio non magis aduentum significabit, quã discessum, imò hunc magis, quia ipsum antecedit, cum illum sequatur, & discessurus supponatur præsens, à quo proinde osculum obtinere non sit difficile, reuersurus vero absens, à quo nisi prius reuertatur, frustra osculum petitur.

9 Præterea etiam qui à loginquo reuertitur, tanquam ex itinere fatigatus, sedere solet, quis autem non irrideret regressum alicuius per eius sessionem significantem? Quis amici absentis rogans aduentum, scriberet ei, sedeas? oporteret ergo, vt non solum redeuntes osculari domesticos, siue sponsam consueussent, sed etiam vt non ob aliam causam oscula impertiri moris esset. Cum autem, & multis alijs de causis oscula libentur, & ambiantur, obscure nimis, & insolenter per osculum reditus alicuius, & multò magis eius resurrectio intelligitur.

Dices, nõ esse poetica ad scholasticũ perpẽdiculũ examinanda, & quãlibet modicã cõnexionẽ ad huiusmodi trãslationes vsurpandas sufficere, longeq; maiorem inter osculum,

Ioa. 20. 17.

Aduenies, & recedẽtes amici osculo excipiebãtur.

Alex. ab Alex.

Plinius.

Ruth. 1. 14.

I. Reg. 20. 41.

Act. 20. 37.

An sessionem an reditus significetur.

Discrimen inter sessionem, & osculum.

Iuni, & amici reditum adesse, quam inter hunc, & sessionẽ. Nam ad hoc, vt sedeat, nō oportet absentem ad me redire, cum & in loco à me remoto sedere possit, vt verò me osculetur, propinquum mihi fieri necesse est, neq; sessio perindè pertinet ad excipientes, sicuti osculum. Respondeo modicam connexionem, aut paruum fundamentum ad translationes tunc sufficere, quando alijs verbis, aut circunstantijs fulciuntur, & adiuuantur; alioqui nimis ænigmaticum redderent sermonem, hic autem nullum adest huiusmodi fulcimentum, quare nimis obscura, & insolens esset hæc translatio. Quoad sessionem verò fateor inter ipsam, & osculum nonnullum adesse discrimen, sed declarationis gratia, non autem argumentationis, illius exemplum allatum est.

Translatio quando & quo fulcimento egeat.

Tantum ergo abest, vt per hanc osculi efflagitationem Resurrectionem expeti credam, vt mortem aptius per ipsam significari, & appeti existimem. Morientibus .n. ab amicis, aut agnatis oscula dari olim consueuisse quis paulo eruditior nesciat? (*In primis* (inquit Alex. ab Alex. lib. 3. *cap. 7.*) *obseruatum fuit, vt proximus sanguine morientis corpus dum trahit animã amplexus, exhalantis spiritum OSCVLO EXCIPERET, flatumq; hauriret* ad quem morem alludens Virgilius Aen. 4. Annam Didonis sororem inducit dicentem.

Morientibus oscula data.

Alex. ab Alex.

Virgil.

Extremum, si quis super halitus errat,

ORE LEGAM.

Et Cicero 7. in Verrem *Matres miseræ pernoctabant ad ostium carceris quæ nihil aliud orabant nisi vt filiorum EXTREMVM SPIRITVM EXCIPERE, sibi liceret,* cuius moris neque apud Græcos monumenta desunt. Nam Theocritus Idyll. 23. Venus Adonem suum deplorans fatur.

Cicero.

Theocrit.

Tantum me osculare, quantum viuat osculum,

Spiritus tuus effluet, quod dulce philtrum hauriam

Amoremque ebibam.

Vide alia, si lubet, testimonia, apud Ludouicum Cerdã in Virgilij locum supracitatum. Omittendus tamen non

est S. Am-

Elegans S. Ambrosij comploratio.

S. Ambrosius, qui in lib. de Satyri fratris obitu elegantissime hunc morem explicat.

Nihil mihi profecit, inquit, *anhelitus vltimos hausisse, nihil, flatus in os inspirasse morienti. Putabam enim, quod, aut tuam mortem ipse susciperem, aut meam vitam in te ipse transfunderem. O Infelicia illa, tametsi dulcia, SVPREMA OSCVLORVM PIGNORA; O amplexus miseri, inter quos exanime corpus obriguit, habitus supremus euanuit. Stringebam quidem brachia, sed iam perdideram quem tenebam; & extremum spiritum ORE LEGEBAM; vt consortium mortis haurirem; sed nescio quomodo vitalis ille halitus factus est, & maiorem gratiam in ipsa morte redolebat.*

Moysis foelicissimus obitus.

S. Amb.

Quod igitur Deut. 34. dicitur, *Mortuus est ibi Moyses seruus Domini in terra Moab iubente Domino*, tunc; vt alij ex Hebraica lectione eliciunt *Mortuus est ibi Moyses AD OSCVLVM DOMINI*, siue in *OSCVLO Domini*, ad hunc morem trahi potest, simulque fœlicissimus, ac suauissimũ Moysi obitum nobis innuere; Amantes enim dum se osculantur animas quodammodo in se transfundunt, cupiuntque ferè in se ipsis mori, vt in amato viuant, parumque abest, quin proprium corpus vniuscuiusque osculantis anima derelinquat, vt in alterius transeat quod lepidissimis versiculis expressit Plato, quos referunt. Agell. lib. 19. cap. 11. Macrob. lib. 2. Satur. cap. 19. & Gaspar Sanctius in primum versum huius Cantici, scilicet.

Deut. 34. 5.

Osculi quanta vis.

Plato.

Τὴν ψυχὴν Ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον·
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.

Quorum sensus est: dum amicum osculor, excutrit ad labia anima mea, parumque ab fuit, vt à me in illum transiret. A quo non multum distat, quod S. Ambrosius lib. 3. de Isaac afferit; *Qui se osculantur, non sunt labiorum libatione contenti, sed spiritum suum sibi inuicem videntur infundere*, fœlicissimus ergo Moyses, qui mortuus ad osculum Domini dicitur, hoc est non infirmitate aliqua cogente; Nam, vt facer textus ait, *quando mortuus est, non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt*, Sed ore Domini spiri-

S. Amb.

Spiritus per osculum transfunditur.

Moyses quo modo in osculo domini obierit.

tum

ritum eius attrahente, eique osculum suauissimum impartiente, ab eius corpore anima recessit, quod etiam sibi fere contigisse sub alia persona S. Teresia cap. 7. in hoc Canticum commemorat, cuius verba latinè reddita sunt. *Quandam ego noui personam, quæ orationi insistens, vocem suauiter canentem audiuit, tantaq; perfusa est dulcedine, quam illi Dominus instillabat, vt si paulo diutius cantus ille perseuerasset, prò certo asseuerat, è corpore animam suam egressuram, prouidit autem Deus, vt Cantus cessaret.*

S. Teresia

S. Teresia extasis.

Non igitur omnino ineptè posset quis dicere, sponsam amore languentem à suo dilecto osculum, quo eius ebibatur Spiritus, & à corpore abstrahantur expetere, quoniam *meliora sunt vbera eius vino*, hoc est longè melius, ac suauius esse ipsomet frui, quam ipsius donis, & declarationibus inebriari; a quo sensu non videtur longe abesse, qui diuinæ essentiæ fruitionem hic a sponsa efflagitari asserunt. Nec titulus Cantici Canticorum abhorrebit, cum & Cygni morientes suauissimè dicantur canere. Quæ tamen expositio non absolutè, sed respectu tantum alterius de Anastasis ex petitione, mihi probatur.

S. Greg. Nyss. h. 1. Soto maior. Ghisler. in app.

Per osculū an significata mors.

Sed vlterius inspiciamus, quam verè, & congruè hanc suam expositionem à parte rei contexat Pat. Sherlogus. *Desponsatam*, inquit, *Ecclesiam Christo PER EIVS OBITVM*.

An per Christi obitum desposata Eccl.

At quis, hoc audiens, non horreat? Mors, quæ omnia soluit, quæuè sola coniungum vincula disrumpit, hic mater est; & conciliatrix nuptiarum? quis credat? Hoc, dicet, peculiare fuit priuilegium mortis Christi. Atqui S. Paulus; & reliqui PP. matrimonium Christi cum Ecclesia, coniugijs humanis, ac præsertim Adami, & Euæ assimilant, sicut ergo mors his repugnat, ita etiam repugnare aliquatenus debet matrimonio Christi, & Ecclesiæ. Dicit, sociatam fuisse Euam Adamo dormienti, qui figura fuit Christi mortui. At inficior ego huius dicti primam partem. Nam matrimonium consensum vtriusque partis requirit, à dormiente autem præberi non potest consensus. Educta quidem è latere Adam dormientis fuit Eua, at ab eodem vigilante

An Eua dormienti Adamo desponsata

gilante in coniugem recepta. & ita Patres asserunt, formatam, & eductam à latere Christi mortui Ecclesiam, at non dicunt (quod ego aduerterim) per eius obitum ipsi desponsatam imò contrarium asserere videntur, dum post ipsius mortem à latere eductam asserunt.

Dices, mortem, & lateris apertionem ob temporis breuitatem pro eodem reputari. At si pro eodem reputantur, cur omnes hoc secundum dictum vsurpant, nemo illud primum? Præterea non ita simul fuerunt mors, & lateris apertio, quin per aliquod tempus mors præcesserit; si igitur in morte desponsata fuisset Christo Ecclesia, falsum esset omnino, fuisse deinde ex latere eius eductam.

Christus in triduo mortis non fuit homo.

Præterea, si non nisi per mortem desponsata est Ecclesia Christo, ergo non verè desponsata fuit Christo, hoc est Deo homini, sed Verbo diuino tantum. Nam per mortem desijt Christus esse homo, vt docet Angelicus doctor 3. p. q.50. art.4. Christi autẽ nomen non Deum tantũ, sed Deũ hominem significat; ergo pugnant hæc duo per mortẽ, desijt Christus esse homo, desponsatam illi fuisse Ecclesiam.

Occurres, suppositum Christi non desijsse in morte, cum sit perenne, & eius ratione Christo desponsatam dici Ecclesiam. Respon. esse Ecclesiæ sponsum, conuenire Christo, quatenus homo est, alioqui non minus pater, & Sp. S. sponsi Ecclesiæ dicerentur, in illo autem triduo non fuit Christus homo.

Conciliantur contraria sententia.

Posset fortasse tamen hæc contentio sedari, si dicamus. Per Christi mortem fuisse illi Ecclesiam desponsatam causaliter; quia pretio sanguinis sui, eam sibi acquisiuit, non autem formaliter, quia mors est separatio, non autem coniunctio, sicuti, & SS. Martyres per mortem acquisiuerũt sibi cœlestes nuptias, non autem per mortem formaliter illis fruebantur.

Desponsatio an à matrimonio seiuncta.

14 Distinctionem quoque quam excogitauit inter desponsationem, & cõnubium, quamuis in hominibus admittam, in Christo tamen, & Ecclesia non laudo. Ratio est, quoniam inter homines mutuus amor ad coniugium non

suffi-

sufficit, sed requiritur explicitus consensus, & nullum ad esse impedimentum. At vero ad Christi cum Ecclesia, vel cum anima connubium, fides, & mutuus amor satis est. Vel igitur Ecclesia supponitur fidelis, & amans, vel non, si supponitur, quod inficiari nequit Sherlogus, qui suspirantem sponsi absentiam eam proponit; ergo nihil ei deest ad perfectum coniugium; eo enim ipso quod anima Deum vera charitate diligit, ei desponsata, & coniugata censetur; *Qui enim manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo*, Inuicem ergo vniuntur tanquam sponsus, & sponsa; si autem supponitur non amans, & infidelis, certe sicuti connubio, ita etiam dispensatione indigna erat. Quare hunc mediũ statum inter vxorem, & omnino solutam, ego in Ecclesia non agnosco, quamuis distinctionem inter connubium, & sollemnes nuptias, siue matrimonij consumationem libenter admittam.

1. Ioan. 4. 16.

Quod præterea inquit præcari sponsam Genitorem, ne matrimonij sollemnes differat tædas, non videtur opportunè expetitum, tum quia fortasse nimis præpropè, statim scilicet post desponsationem id efflagitaret, frustra autem prius desponsata fuisset, si illico nuptiæ celebrandæ fuissent, non enim promittitur, quod actu exhibetur; tum etiam quia de sponsi resurrectione decebat ipsam esse magis sollicitam, quam de sollemnibus nuptijs.

15 Super omnia tandem auersatur animus meus, quod ait sponsam exorare quando vxorem nominare non dedignatus sit, primariam, & dominam, vt faciat. Hoc ne eam docuit humilimus eius sponsus, qui nouissimum omnium hominum se fecit? Qui Apostolos de primato contendentes repræhendit? Qui filios Zebedei sibi carissimos, primas sedes expetentes repulit, dicens *Nescitis quid petatis*? Qui ad conuiuium vocato, vt in nouissimo loco recumberet, suasit? Numquid eam docuit humilima sui sponsi mater, quæ ab Angelo salutata, & à Deo in genitricem electa, ancillam humilem se nuncupauit? Numquid filius Prodigus à patre benignissime exceptus, alijs filijs se præponi expetijt,

Ecclesiam optasse primatum inter vxores etiam laude dignam

Matt. 2. 22.

petijt, & non, vt pro vno, ex mercenarijs suis haberetur, rogauit? At cuinam præferri hæc noua nupta exoptat? Sinagogæ forsan? At hanc vel expulsam, vel paulò post expellendam ipsemet arbitratur, quare non erat cur Ecclesia hanc sibi præferri, timeret, an alijs quibusdam posterioribus sponsis? atqui nulla futura erat alia præter ipsā cum .n. sit catholica, hoc est vniuersalis, omnes alias spōsas in se compræhendit.

P. Argumē tum supra allatū soluitur.

Sed quam vim eius fulcimenta habeant, intueamur. Erat primum eius argumentum, non posse hæc verba *Osculetur me &c.* Synagogæ assignari; At nos cōtrarium excursione 1. ostendimus, & rationem ab osculo oris desumptā, supra infirmam reddidimus.

An dies desponsationes fuerit passio.

Argumentabatur 2. ex illis verbis Cantici 3. *In die desponsationis illius*, quæ de die passionis à multis patribus intelliguntur. Cui oppono multos quoque Patres, & fortasse plures de Incarnationis die ea verba exponere. Hanc .n. explicationem Ghislerius in appendice tribuit Athanasio, Ambrosio, Philoni Carpathio, Cassiodoro, Bedæ, Gregorio magno, Ber, ser. 2. de Epiph. & Hugoni de S. Victore, quibus S. Thomam addit Sanctius, qui vtramque sententiam probat, & Sherlogus ipse alios quoque idem sentientes recenset.

Cāt. 3. 11.

Incarnationem quoq; diem fuisse desponsationis.

16 Non ergo per vlla verba, adhærere cogitationi cogimur Sherlogi, & si nihil aliunde obstaret, vtraque opinio probabilis esset; sed hinc ego magnum argumentum pro mea sententia contra Sherlogum colligo. Nam cū duæ sint hic sententię PP. si Sherlogi explicationem amplectamur, altera earum, qui scilicet de incarnatione hunc locum intelligit falsitatis dānanda erit; Vult. n. Sherlogus in passione, siue in morte tantum, fuisse Ecclesiam desponsatam Christo, falso ergo Patres dicunt eam in die incarnationis desponsatam fuisse. At vero nostra explicatio vtramque patrum sententiam exosculatur, & veram fatetur, priorem illam de Incarnatione, quia tunc, & nos volumus desponsatam fuisse Ecclesiam, Christo posteriorem de passione,

ne, quia tunc etiam nouo titulo Ecclesiam sibi Christus acquisiuit, ac copulauit. Quod ne videatur mirum, affero similium ex scriptura exemplum. Desponsauerat iam Sephoram Moyses, & ex ea liberos susceperat, cum in Aegiptum rediret; sed in itinere astitit ante eum Angelus euaginato gladio minitans illi mortem, quod videns Sephora, & intelligens ob neglectam circũcisionem filij in eo discrimine virum suum esse, statim ipsum circuncidit, tetigitque pedes Moysi, & ait *sponsus sanguinum tu mihi es* Ex 4. 25. quorum verborum est sensus ex Cornelio a lapide *Te ego mihi DENVO SPONSVM acquisiui & coemi, non dote pecuniaria, sed profusione Sanguinis filij mei.* En igitur quomodo qui iam olim sponsus erat, denuo acquiritur, & coemitur in sponsum, idest nouo titulo fit sponsus.

Ex.4.25.

Moyses nouo titulo Sephora spõsus.

17 Adde quod PP. illi ferè omnes, qui per diem desponsationis passionis tempus intelligunt, nuptias, & desponsationem ipsam, vel in cœnam Eucharisticam, vel in diem resurrectionis, aut ascensionis referunt. Theodoretus lib. 2. in Cant. apud Ghislerium. *Tunc* inquit, *nuptiarum communio facta est. Nam post cœnam accipiens panẽ &c.* S. Aug. ser. 54. ex diuersis, omnia tempora fere complectens in diuersos dies nuptias retulit, præcipuè tamen in diem resurrectionis ait enim. *Occisus est ad nuptias suas ipse innocens agnus, & quoscumque inuitauit de carne sua pauit; Occisus epulas præparauit, resurgens nuptias celebrauit; Occisus voluntariam pertulit passionem resurgens dispositam duxit vxorem: in vtero Virginis humanam carnem, velut arrham accepit, in cruce pretiosissimam dotem, suum sanguinem fudit, in resurrectione atque ascensione sua æterni matrimonij fœdera roborauit.* Glossa quoque ordinaria in diem resurrectionis refert. A nobis igitur plurimi Patres stant, contra nos autem nullus; Pauci autem Sherlogo fauent, plurimi aduersantur. Et quamuis videatur ei fauere S. August. dum agnum inquit occisum esse ad nuptias, reuera tamen ei contrarius est, quoniã per huiusmodi nuptias intelligit institutionẽ Sanctæ Eucharistiæ, ait enim *quoscunque inuitauit de carne sua pa-*

An in vltima cœna Christo desponsata Ecclesia.

Theodor.

S.August.

In resurrectione nuptias celebrauit.

suspauit, fuerunt autem hæ nuptiæ ante Christi mortem; ergo ante hanc supponitur illi Ecclesia desponsata. Dicitur autem occisus agnus ad nuptias, non quod in ipsis nuptijs occisus fuerit, sed quia paulò post, & quoniam etiam post mortem nuptias easdem reparauit.

Quare, & doctissimus Io: Maldonatus in caput Matt. 22. v. 2. quærens, quando nam inter Christum, & Ecclesiam nuptiæ celebratæ sint? Respōdet *Variant auctores. Nonnulli enim post Resurrectionem celebratas esse dicunt, ita Orig., & Hilarius*. Videtur autem de Resurrectionem vniuersali loqui nam subijcit. *Et vero in parabola illa, quæ infra cap. 25. 1. proponitur de sponso ad nuptias media nocte veniente haud dubiũ quin tempus Resurrectionis, & vltimus Christi aduentus significetur. Ioannes etiam in Apocal. cap. 19. 9. de ijs egit nuptijs, quæ non in terra sed in Cælo post resurrectionis tempus clebrandæ sunt. Alij tunc celebratas dicunt, cum filius Dei homo factus est, tunc enim Ecclesiam sibi tanquam sponsam copulauit, ita Greg. hom. in Euang. 38. Vtrumque verum est. Nam sæpè, vt alio loco diximus, Christi nuptiæ celebratæ sunt.* En pluries celebratæ nuptiæ inter quas præcipuæ, & potissimæ habentur primæ in vtero Virginis, & postremæ post Resurrectionem.

Nuptiæ Christi cũ Eccla. sæpius celebratæ. Io: Mald. Matt. 25. 1 Ap. 19. 9.

Ecclesia quomodo ex latere Christi educta.

28 Per hæc etiam patet ad confirmationem de Ecclesia educta ex latere Christi in Cruce dormientis, quod si vt verba sonant, accipiatur, magis contra Sherlogum, & quã contra nos militabit. si enim non nisi post mortem formata est Ecclesia, ergo non in morte Christi ei desponsata fuit, vt ipse contendit. Resp. ipse enim 123. Non indocte dici natam Ecclesiã ex apertione cordis, quoniã tũc innotuit aliã à Synagoga Christo esse coniugẽ, nempe cumstexerunt symbola duorũ Sacramentorũ, baptismi, atq; calicis, quib' pręcipuè innititur Ecclesia. Per notas igitur Ecclesiæ ipsam definiunt vocantes sacramenta illa Ecclesiam; affert exemplum, inquiens, *cum in morem, quo peccatum non infrequenter nihili; priuationis, carentia nominibus afficiunt, cum tamen hæc sint proprietates ad peccatum sequutæ, quod antecedenter existis, ex positiuo coalescens, quemadmodum clarioris famæ*

Theolo-

Theologi autumant. Verum hoc exemplum longe difficilius, & obscurius est, quam sit illud, ad quod declarandum fuit allatum, neque quos clarioris famę Theologos appellet, sat scio; legi quidem celebres quosdam Theologos peccatum esse relationem rationis asserentes, hi tamen nolunt peccatum esse quid positiuum, & merito. Nam vel aliquid ens positiuum daretur, cuius non esset efficiens Deus, vel peccati esset ipsemet Deus auctor, vtrumque autem est maximum absurdum. Neque hæc duo sibi constare videntur, Peccatum esse quid positiuum, eius autem proprietates esse nihil, & priuationem. Quomodo enim ab ente fluere potest non ens? concurrit ne peccatum ad nihili productionem, aut non concurrit? si concurrit, ergo per aliquam actionem positiuam, atqui actio idem est cum termino, ergo etiam terminus istius actionis erit positiuus, si non per aliquam actionem, ergo non ab eo procedit, tamquam quędam proprietas ipsum nihil. Quare de peccato, acutè dicebat S. August. non habere ipsum causam efficientem, sed deficientem. Verum quidem est, peccatum non esse in mūdo absq; aliquo ente positiuo, in quo fundetur, & quod dicitur materiale peccati, ad quod etiam concurrit effectiuè Deus, at verò formaliter dici non potest peccatum esse aliquid positiuum, & illud tantum credendum est voluisse Sherlogum; erit ne igitur peccatum formaliter priuatio quædam tantum? ita quidem plurimi sentiunt. Sed, & hæc sententia ingentibus vrgetur difficultantibus. Quod ergo peccatum erit? Quid ego sentiam, modo aperire nolo; Nam neque validis incomitatam rationibus, recenter natam sententiam produre decet, & hic eam argumentationibus munire; importunum esset. Sed ad rem nostram redeuntes.

Peccatum non esse quid positiuum.

S. August.

19 Dura valdè videtur explicatio Sherlogi, Ecclesiam dici formatam ex latere Christi, *quia tunc innotuit*. Imò dicam ego. Numquam hoc magis fuisse absconditum, quoniam nec ipsi Theologorum vertices Apostoli id cognouerunt, cum neque in fide Christi essent admodum firmi, ne-

Eccles. cur formata dicatur ex latere Christi.

que

que sanguis, & aqua similitudinem, aut proportionem aliquam cum Ecclesia habeat, & licèt demus aquam symbolum fuisse Baptismi, Baptismus tamen non est signum Ecclesiæ formatæ, sed formandæ, per baptismum enim nascimur, & per Baptismũ Ecclesia congregatur, & qui baptizatur, supponitur esse extra Ecclesiam, neque qui baptizat, est necessariò membrum Ecclesiæ, quare Baptismus connotat potius Ecclesiam futuram, quam iam natam, ac proindè per aquam significantem baptismum non innotuit Ecclesiam natam, siuè ædificatam iam esse. Quomodo igitur intelligẽdi sunt Patres? Duplicem ego afferrem explicationem.

An quiatune mutuis?

Prior erit, Ecclesiam eductam à latere Christi symbolice. Nam per aquam significantur populi, iuxta illud Apocal. *Aqua multa populi multi*, per sanguinem vero, a quo vita hominis pendet, diuinitas, ad quod alludens Ecclesia aquam, & vinum infundit calici in missa, & longè minùs de aqua, quoniam vt Concilium Triburiense cap. 19. docet. *Maior est maiestas Domini, quam fragilitas populi*; symbolicè igitur dicitur Ecclesia fluxisse de latere Christi, quia fluxit aqua, quę est eius symbolum, nõ est enim nouũ in scriptura rei significatæ nomen tribui ipsi symbolo vt Gen. 41. 26. *Septem boues pulchra, & 7. spica plena, septem vbertatis anni sunt*, idest sybola sunt; Per metonomiam quoque dicere possemus significatam Ecclesiam in sanguine, & aqua, quoniam in eis sacramenta baptismi, & Eucharestię, quæ sunt Ecclesię propria prę mõstrabantur, sicuti per craterem significatur Bacchus, per Caduceum Marcurius, quod fortè tantum in sua explicatione voluit Sherlogus.

An symbolicè.

Apoc.

Concil. Trib.

Gen. 41. 26.

20 Dices Patres aliquid amplius significare voluisse, quam symbolicè tantum Ecclesiam de latere Christi fluxisse, ita enim, & Noe dici posset Ecclesiam fabricasse, quia arca, quam ipse construxit, Ecclesiæ symbolum erat; & hoc etiam esset hæreticorum expositioni fauere, qui interprętantur verba Domini *Hoc est corpus meum*, idest signum corporis mei. Respondeo procederet argumentum, si ego sym-

Cur Noe Ecclesiam non fabricasse dicatur.

symbolicè tãtum diceremus Ecclesiam ex latere Christi processisse at illud (tantum) ego non apposui, imò superius dixi, in opinione mea expositionem de die desponsationis, pro die passionis locũ etiam habere; sed cum vellet Shorlogus innotuisse Ecclesiam per aquam, & sanguinem, quatenus symbola sunt sacramentorum, facilius mihi visum per illos liquores immediate significatam Ecclesiam, vt Christo desponsatam. Ad instantiam de Noe. Respondeo & arcam symbolum fuisse Ecclesiæ, & Noe figuram Christi Domini, si de ipsis igitur propriè loqui velimus, oportet dicere Noe arcam construxisse; si figuraliter Christum Dominum Ecclesiam, ædificasse, qui verò assereret Noe fabricasse Ecclesiam, partim propriè, partim figuratè loqueretur, ac propterea non congruentia diceret; At verò Christus ex latere aquam, & sanguinem fundens, non est alterius figura, sed sui ipsius, vt Ecclesię auctoris, fuit, ac proinde vtraque locutio; & propria, & symbolica ei congruit; & iuxtà propriam dicitur, ab eius latere aquam, & sanguinẽ manasse, & iuxtà symbolicã Ecclesiã fluxisse.

21 Ad secundã instantiam ex hęreticorũ interpretatione, cui videtur hęc nostra similis. Respondeo nostram non solum esse ab ea diuersam, sed etiam illi contrariam. Nam ipsi verba Euangelij symbolicè tantum sumunt, volunt *per corpus meum* intelligi signum, & excludunt significatum proprium corporis cui expositioni similis esset nostra, si diceremus: Non verè fluxisse sanguinem, & aquam de latere Christi, sed tantùm symbolicè, at nos dicimus, & verè aquam, & sanguinem fluxisse, & Ecclesiam symbolicè figurasse. Dicant ergo, & hęretici in manibus Christi post illa verba *Hoc est corpus meum* verè affuisse ipsius corpus, sed etiam aliquid aliud significasse, & imitabuntur interpretationem meam, nec amplius hæretici erunt.

Hæreticis non fauet nostra expositio.

Quęres quid præter symbola, veritatis habeat locutio illa Patrum, Ecclesiam fluxisse ex latere Christi. Respondeo non magis in mea, quam in aliorum sententia hoc esse difficile explicatu. Crederem tamen per hoc dictum, si-

Quid sit Ecclesiam ex latere Christi fluxisse.

gnificasse SS. PP. Christum Dominum per mortem,& sāguinis effusionem, animarum salutem,& conuersionē gentium meruisse, iuxta illud Isaiè, *Si posuerit pro peccato animā suam, videbit semen longeuum*. Ex his .n. constat Ecclesia.

Is. 53.

An quo pretio sui sanguinis emit?

Posterior ergo explicatio huius dicti est, dici Ecclesiam fluxisse de latere Christi, quoniam tunc acquisierat eam Christus sanguine suo; Sicuti quando quis emens aliquod prædium postquam venditori enumerauit prætium, & effudit nummos dicitur acquisiuisse illud prędium, quamuis nondum eius possessionem sit adeptus, ità Christus in cruce totum effudens sanguinem, vt Ecclesiam sibi sponsam coemeret, dicitur eam comparasse,& efformasse.

Acuta obiectio.

22 Dices violenta videtur hęc expositio,& à cōtrario. Contraria.n. sunt acquirere, & effundere. Effusione quidem vnius rei acquiritur alia. At nunquam dicitur id ipsum acquiri, quod effunditur, si igitur per emanationem sanguinis Ecclesia acquisita fuit nō bene dicitur ipsa emanasse. Respondeo, qui prætium, quo res aliqua emitur, tribuit, vel recipit; ipsam rem tribuere, vel recipere dicitur, sic seruus, qui à Domino pro victu certos nummos recipit dicitur ab illo pasci, quia prætium, quo sibi cibos emat recipit cum igitur prętiū, quo acquisita est Ecclesia ex latere Christi fluxerit ab eodem dici potest effluxisse Ecclesia. Quāuis igitur quod effunditur non dicatur acquiri, quod argumentū obijciebat, res tamen quæ effuso prætio comparata fuit, inde effluxisse, vnde emanauit prætium dici potest sicuti Psal. 127. dicitur *labores manuum tuarum quia manducabis* .i. cibum labore manuum acquisitum. Lateri autem per quandam appropriationem, hæc præcipuè Ecclesiæ formatio attribuitur. 1. vt formationi Eue respondeat. 2 quoniam ex ipso lateris vulnere apparuit Christum verè mortuum fuisse,& totum sanguinem effusum, ac proinde nullam amplius expectandam pretij enumerationem & emptionem absolutam esse, & perfectam. 3. vt summus amor, quo prosequitur sponsam, tamquam ex suo corde progenitam declararetur. Dixi per appropriationem, sicuti

Psal. 127. 2.

ti quãuis omnia opera externa inseparabiliter à tota Trinitate procedant, quædam tamen Patri, quædam Filio, & quædam Spiritui Sancto per appropriationem attribuuntur, & sicuti cordi humano multa tribuuntur, quę ipsi propria non sunt, vt diligere, & intelligere, nam amoris sedes secundum Philosophos est iecur, & intellectionis fons est in cerebro.

An per appropriationem.

23 Ad rationem ab eodem Sherlogo allatam. Resp. ex duobus principijs constare, vel de incertis: Alterum est, tunc desponsatum Ecclesię Christum, cum Synagoga mortua est, cuius incertitudinem, vt demonstrem, quæro ab eo, an Synagogam velit fuisse Christi sponsam, an verò neget: Si neget, cur ergo espectanda erat eius mors, vt aliã sponsam duceret Christus? Item non fuit ergo Christus sponsus in tota vita sua contra id quod asserunt Ioannes de eo loquens: *Amicus sponsi &c.* Io: 3. & ipsiusmet Christi, qui se vocauit sponsum dicens. *Nunquid possunt filij nuptiarum quandiu sponsus cum illis,* est ieiunare nã ob futuras post multos annos nuptias, & cum sponsa nondum nata esset, non dicerentur filij nuptiarum idest sodalis & amici futuri sponsi non debere ieiunare, siue dies mœstos ducere, sed tantum ob nuptias præsentes.

An in Synagoga morte desponsata.

Io. 3. 19. Matt. 9. 15. Marc. 2. 18. Luc. 5. 34.

Dices, Christum ante passionem, nondum nata, & sponsata Ecclesia, gentium, fuisse sponsum solum ampliatiuè, scilicet Ecclesiæ propediem ducendæ, & iam tum eius discipulos debuisse lætari, quod etiam hodiernus vsus cõfirmat. At subijcio ego, si sponsus erat tantum ampliatiuè, ergo etiam tantum ampliatiue Pastor, Ecclesiam .n. nihil aliud esse, quam oues Christi patet ex eo, quod commendans Christus Ecclesiam suam Petro dixit illi *pasce oues meas*, at Christus se appellauit in vita Pastorem, & de se ipso explicauit dictum illud *percutiam Pastorem, & dispergentur oues*, quod supponit ipsum ante passionem suam fuisse verè Pastorem, quod si non Pastor, ergo neque magister, & tamen ipse dixit. *Vos vocatis me Magister, & Domine, & Benedictus*. Præterea Apostoli mysterium ducendæ sponsæ post

Christus an sponsus ampliatiue tamen.

Idem sponsus, & Pastor.

Matt. 26. 31.

 pluri-

plurimos dies ignorabant non ergo propter futuras nuptias gaudebant.

Synagoga an fuerit sponsa Christi. Si autem affirmat Sherlogus Synagogam fuisse sponsam Christi, ergo non recte ipsam appellauit matrem. Nam asserit adimpletam in Christo prophetiam: *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam & adhærebit vxori.* Quoniã reliquit populum Hebræum, & Synagogam, illum patrem hanc matrem; ex quo etiam deducitur non fuisse expectandam mortem Synagogæ, vt nuptiæ cum Ecclesia celebrarentur, alioqui non fuisset Synagoga relicta, non .n. matrem relinquit, qui cum ea vsque ad eius mortẽ permanet. *Gẽ. 2. 24. Marc. 10. 7.*

24 Ad primam obiectionem Respondeo dicit quis Synagogam, & vxorem Christi fuisse secundum esse ciuile, vel supernaturale, & matrem secundum esse naturæ. At hoc posito, quod probabiliter dicitur, non reliquit ergo eam, vt matrem, quia iam receperat in vxorem, neque ab ea secundum corporalem præsentiam discessisset secundũ quam dicitur eius mater, nec vmquam eius se filium naturaliter esse negauit.

Ad secundam obiectionem Synagoga an simul mortua, & relicta non obstat, inquies, dici Synagogam relinqui, si simul dicatur mori, sicut neque Ecclesiam simul nasci, & sponsari, atqui magnum est inter hæc duo discrimen, quia ei quod est potest facile addi, at ab eo, non est, nihil potest demi Ecclesiæ igitur nascẽti, quia est, cõnubiũ addi potest at verò Synagogæ morienti, quia non est, nihil potest detrahi, nec consequenter derelinqui. Dices prius esse derelinqui, quam mori, & idcircò mori, quia relinquitur: Deus ergo subijciam causa fuisset mortis Synagogę, atque vt ità dicam matricida, cum tamen ipse non sit autor mortis neque aliquem deserat, nisi prius deseratur.

Apostol. an Synagogæ filij. Præterea si sponsa Christi fuit Synagoga, ergo filij, quos Christus genuit, ipsa viuente, & nondum ducta Ecclesia, idest Apostoli filij Synagogæ erunt quamuis per Baptismum regenerati, qui tamen est Ecclesiæ Ianua.

Argumentum quoque ab osculo oris petitum, quod ipse

se maximi fecit dicẽs, *non ancillæ Synagogæ, sed tantum Ecclesiæ sponsæ fuisse impartiendum, cum* & Synagoga fuerit sponsa corruit. Tandẽ etsi demus fuisse Synagogam Christi sponsam, non propterea expectanda erat eius mors, vt cum Ecclesia nuptiæ contraherentur; quia potuisset simul vtramque habere, sicuti Abraham, & Saræ, & Agar eodem tempore tamquam vir copulatus erat. Imò hoc est dictis eius maxime consonum, inducit. n. Ecclesiam expetentem esse primariam sponsam, ergo supponit aliam saltem secundariam fore, at quænam erit ista? Nunquid aliqua ex gentibus nequaquam, quoniam omnes Ecclesię gentium ad vnã sponsam pertinent, quæ idcirco Catholica hoc est vniuersalis, appellatur, ergo non alia poterit esse, quam Synagoga; ergo non hæc mortua in illius desponsatione, sed ad huc superstes, neque esset indecorum plures Christo simul sponsas tribuere, cum omnes animæ iustę sint eius sponsę, & de eo dicatur *60. sunt Reginæ &c.* Cant. 4. 6. 7.

Ante Synagogæ mortem an Ecclesia desponsatam.

25 Alterum eius principium erat Synagogam simul cũ Christo expirasse, ac diem in obitu eius clausisse extremum quoniam tunc obligandi vim veteris legis præcepta amiserunt. Hoc tamen non adeò esse certum, vt ipse supponit, patet ex his, quæ doctissimus Suarez, & Vaschio nõ impar docet tom. 3. in 3. p. disp. 27. sect. 4. §. obijci verò potest ait enim *obijci verò potest, quia in puncto mortis Christi lex vetus euacuata est iuxta illud ad Rom.* 7. mortificati estis legi per mortem Christi ergo &c. *Respondetur primo negando antecedens cum n. Paulus significat mortuam fuisse legem veterem per mortem Christi, non est necesse ita intelligi, vt in eodem momento in quo mortuus fuit Christus, mortua fuerit etiam lex vetus, sed quia ex morte Christi manauit ablatio veteris legis vndè tunc posita fuit sufficiens causa huius effectus quamuis non statim, sed paulatim, seu opportuno tempore illam effecerit.* Hæc ille, & merito, quoniam lex noua cum non esset sufficienter promulgata, nondum vim obligandi possidebat, atqui lex vetus non nisi per introductionem nouæ expellenda erat; ne reuerterentur orbis ad statum naturæ, ergo non fuit in morte

An Synagoga simul cum Christo expirauerit.

Suarez.

Ad Rom. 7. 4.

te Christi perfectè mortua lex vetus, & consequenter Synagoga, sed morti destinata, & addicta cuius executio à sufficienti noue legis promulgatione expectanda erat.

Lex, & propheta vsque ad Ioannem quomodo intelligendū.

26 Quid si dicamus ante Redemptoris obitum legem, & Synagogam expirasse, vel saltem mori cœpisse ità planè docere videtur æterna sapientia dicens, *lex, & Propheta vsque ad Ioannem Luca 16.16.* Nec obstat, quod Matt. 11.13. dicat quasi se ipsum Dominus exponens. *Propheta, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt*, ita vt nolit legem, & prophetas desijsse, sed tantum non amplius prophetasse ipso, quē Prophetę, & lex respiciebant, pręsente non .n. hunc esse illorum verborum sensum testatur interpres fidelissimus Pater Ioannes Mald. cuius verba hic referre libet. *Sensus ergo*, inquit ille, *mihi videtur esse, legem, & prophetas vsque ad Ioannem Baptistam prophetasse .i. viguisse, vim habuisse, officio suo functos esse. Itaque nihil aliud voluit Christus dicere, quam legem & Prophetas vsque ad Ioannem Baptistam durauisse.* Obijcit deinde sibi ipsi. Quo modo lex vsque ad Ioannem tantum fuisse dicatur, cum non statim abrogata fuerit, vt Ioannes venit, sed longo post tempore durauerit, & Respondet primum hoc non de Ioannis natiuitate, sed de eius prædicatione intelligendum. Deinde, non significari tunc fuisse statim momento temporis extinctam, sed nascente Euangelio mori cœpisse, & in cap. 5. Matt. 17. se magis explicās *Nunc* inquit *satis est scire legem vsque ad Ioannem tantum Baptistam durauisse, non quia per Ioannem abrogata, aut statim, vt ille prædicare cœpit, mortua est sed quia ægrotare tunc cœpit, NON MVLTO POST CHRISTI MORTEM moritura. Abrogata lex est, quia per Euangelium perfecta, eodem tempore abrogari cœpit, quo Euangelium prædicari; quo magis Euangelium vigebat, eo magis illa languebat, cum Euangelium est penitus prædicatum, illa est penitus abrogata.* Quod etiam docuit B. Pet. Dam. lib. 6. ep. 116. Vbi post relatum Christi oraculum. *A tempore Ioannis Regnum Cælorum vim patitur &c.* confert. *Ex quo igitur tempore regnum Cælorum vim dicitur pati, perspicuum est quia iam, & legi succedit Euangelium, & post vetus nouum coruscare merito dicitur testamentum.*

Synagoga quādo mori cœperit.

Ecclesia quādonata.

Luc. 16.16 Matt. 11. 13.

Ioā. Mald.

B. Petrus Dam.

Non

Non igitur tunc est nata Ecclesia, quando penitus est Synagoga mortua, vt nos credere videbat Pater Sherlogus, sed longè antea, Ecclesiæ.n. exordium Synagogæ languor comitatus est, & illius incrementum, huius decrementum fuit, illius exaltatio, huius depressio, illius perfecta constitutio, huius omnimoda destructio. Neque igitur penitus in obitu Christi mortua fuit Synagoga, & ante Christi mortem iam mori cœperat, iamque Ecclesia exorta erat.

Resurrectionem in triduo sepulturæ nō potuisse ab Ecclesia peti.

27 Sed demus expirasse Synagogam in obitu Saluatoris, ex eiusque rogo veluti alteram Phœnicem ortam Ecclesiam. Quid inde? fatēdum ne erit necessario Ecclesiam adhuc infantem hæc verba. *Osculetur me &c.* protulisse, & solemnes nuptiales tædas efflagitasse? Quis tunc excepta B.V.M. quæ sola Ecclesiam non constituit; Resurrectionē futuram Domini credidit, aut efflagitauit? Quis de aduentu spiritus S. in quo connubium Ecclesiæ cum Christo ex horum auctorum sententia perficiendum erat, quidquam cogitauit? Quisue credat tunc Ecclesiam sponso orbatam Canticum cecinisse, & non potius in lamenta, aut eiulatus se effudisse? Ipsammet Ecclesiam aduoco testem, quæ his quoque temporibus in triduo Sepulturæ Dom. N. non Canticum Salomonis, vt iuxta Sherlogi sententiam faciendum erat, canit, sed Hieremiæ threnos flebili voce pronunciat. Cum ergo tam infirma, & incerta sint fulchra, quibus hæc sententia Sherlogi innititur, & è contra magnis, vt vidimus impetatur arietibus in ea commorari, non video, quam sit tutum. &c.

An

An Ecclesiæ Sp. S. aduentum suspirantis, & solemnes nuptias expetentis vox sit, Osculetur me osculo oris sui.

EXCVRSIO IIII.

Quorum affirmans sententia.

1 IN diem sacratissimum Pentecostes, quo super Ecclesiam è cælo delapsus est Paraclitus Spiritus, non desunt qui prima verba Cantici referant. Ià quibus non videntur abesse, qui Spiritus Sãcti afflatum simpliciter efflagitari dicunt vt SS. Ambrosius, & Bernardus, & ex Recentioribus Gaspar Sanctius, signanter verò in Pentecostes diem referunt Michael Ghislerius, & Paulus Sherlogus, additque hic posterior tunc solemnes nuptias cum Ecclesia à Christo celebratas, & perfectum connubium, cuius sponsalia in obitu Christi præcesserant, & ab hac postrema sententia quæ maiori discussione indiget exordiemur.

Eadem probatur.

Probat ergo hanc suam cogitationem Sherlogus Ant. 3. sect. 4. n. 118. *In id temporis conueniens est Ecclesiæ nuptias referre, in quo ipsa tamquam Domina & Regina intelligitur sine cõtrouersia imperasse, eiusque statuta, & iussiones adstringendi vim habuisse, nam hæc per connubium fœmina consequuntur. At qui dubium est, an continuò ac Christus tradidit spiritum nouæ Ecclesiæ datæ leges obligauerint, citra vero quæstionem est, saltem dum Pentecostes festiuitas rediret, promulgatum palam Euangelium & in posterum obligasse. Igitur in hanc lucem potius quam in obitum Saluatoris, eiusque resurrectionem iuuat Christi cum Ecclesia connubium retulisse.*

Sherlog.

Confirmatur quia antea nimis imperfecta Ecclesia.

Confirmatur primo nam ante Spiritus Sancti descensũ sum Ecclesia infirma adhuc erat, & imperfecta. Præterea erat recens in lucem edita, processerat.n. de latere in cruce dormientis nuperrime. Decuit itaque sponsam rudem

adhuc

adhuc,& inornatam componi in diem nuptiarum. Igitur rectè id spatij quod à Christi suscitatione ad Spiritus aduentum elapsum fuerat, componendæ sponsæ demus in diem solemnem connubiorum.

Secundo ex donis datis.

2 Confirmatur secundo in nuptialibus conuiuijs solent sponsi præcipuè locupletes donatiuum conferre magnificum ex Athen.lib.4.& Iulio Capitol.in Antonino Pio. At Christus dedit dona hominibus, cum Paraclitus gratiarum ministrator ab alto delapsus est. Igitur tunc Christus munificentiæ gloriam magis ostendit, quoniam Paraclitus descendebat cum strepitu, vt in nuptiarum pompa contingit. *Ecce clamor factus est* (Matt.25.) *exite obuiam sponso, ad celebranda maritalia fœdera inter filium Dei, & Ecclesiam ex nationibus*.

Athen. Iul. Capitol.

Matt. 25. 6.

Tertio ex partu eiusdem.

Confirmatur tertio Ecclesia enim statim ab ipsis nuptijs grauida facta est, & præter legem creaturarum vno partu edidit innumerabilem sobolem, quam fœcunditatem admirans prænuntiauit Isaias cap.66. illis verbis. *Quis audiuit vnquam tale? Et quis vidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die vna, aut parietur gens simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos?* At hæc mira fœcunditas ipso die Pentecostes patefacta est, quando ad Petri prædicationem appositæ sunt animæ circiter tria millia, ergo tunc quoq; censenda est copulata. Nam alioqui si longè antea nuptiæ præcessissent, non eius celeritatem in pariendo admiratus esset Isaias, dicens. *Antequam parturiret peperit, antequam veniret partus eius peperit masculum*.

Isai. 66. 8.

Isai. 66. 7.

Auctoritate Patrum.

Confirmatur quarto autoritate S. Augustini, Philonis, Glossæ ordinariæ, & Thomę Cirstertiensis, quibus adduntur Ambros.& Bon. qui suspiri à sponsæ in Sp.S. aduentum referunt. Porrò illis verbis *osculetur &c.* sponsa optat dilecti aduentum, quo promissa connubia celebret iuxtà germanam literæ intelligentiam. Præterea ex Patribus maior numerus, & ex primoribus multi ijs Cant. verbis cap.3. *Egredimini &c.* tradunt describi sponsalia Dei hominis cum Ecclesia, dum Christus pateretur. Nuptiarum igitur pom-

Cant. 3. 11.

pam in aliam occasionem distulisse, significare videntur, nõ .n. subito à sponsalibus ad nuptias proceditur; At opportunum æquè nullum fuit tempus, si cum Pentecoste alia conferantur, vt probatum est.

Ex figura legis date in die Pentecostes.

3 His addi potest argumentum non leue ex Ghislerio super citata verba. *Egredimini &c.* exposit. 2. Nam si ex communi Hebræorum consensu dies Pentecostes, quatenus in ipsa à Deo data fuit lex in monte Synai, dicitur dies desponsationis Dei, quandoquidem in illa Deus per legis fœdus Synagogam sibi adsciuit in sponsam iuxta id, quod contextatus est Dominus apud Ieremiam prophetam dicens 2. v. 2. *Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, & charitate desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto in terra, quæ non seminatur.* multò certè congruentius dicitur dies desponsationis Christi, cum in illa nedum legem Spiritus, sed & ipsummet Spiritum Sanctum Christus discipulis suis tradidit in mõte Syon, per quem Spiritum, cum Ecclesia, quam sibi desponsarat in cruce perfectissimum inijt matrimonij fœdus. Confirmat Ghislerius. *Quoniam si matrimonij essentia sita est in indiuidua animorum coniunctione qua coniuges simul nectuntur, certè per Spiritus Sancti missionem animum suum Ecclesiæ communicaturum se esse ipsemet pollicitus est sponsus dicens.* Cum venerit ille Spiritus veritatis &c. ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Ioan. 2. 2.

Ghisler.

Io. 16. 13

Ex eo quod Spir. S. est nexus.

Confirmatur secundo *quoniam si Spiritus Sanctus in diuinis id habet muneris, vt nectat patrem, & filium, quis abnuat, & istud ipsum munus ab eodem exhibitum cum & ad Ecclesiam missus à Christo est? Idcirco præclare Apostolus ait Rom. 5. 5.* Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis: *quo loco nomine charitatis Dei Paulus mutuam intelligit charitatem, tum cum, quam Deus nos prosequitur, tum illam, qua nos item diligimus Deum.*

Ad Rom. 5. 5.

4 In hac igitur sententia duo videntur nobis examinanda. Alterum est Doctrina ipsa de connubio Christi cum Ecclesia in Pentecostes die contracto. Alterum an

ad id

ad id significandũ prolata fuerint prima verba Cãtici. Sed ne veluti cæcutientes in tenebris ambulemus, Videndum est, in quo posita sit ratio connubij Dei, vel Christi Domini cum Ecclesia, siue cum anima, & in quo sponsalia eiusdem sita sint.

Non est autem hoc facilè explicatu, quoniam per analogiam ad humana connubia, & sponsalia videntur, etiam diuina intelligenda, cum tamen id quod præcipuum est in humanis connubijs, nempè corporum coniunctio, & mutua potestas à diuino coniugio longè absit. Videri alicui igitur poterit connubium Christi cum Ecclesia aut cum anima, in quadam animorum, seu spirituum coniunctione vt dicebat Ghislerius, situm esse. Hoc tamen meo iudicio reuera non sufficit, nam inter amicos quoque hęc animorum coniunctio reperitur iuxta illud, quod dicitur 1. Reg. 18. *Anima Ionatæ conglutinata est animæ Dauid*. nihilque aliud esset esse Christi spõsam, quam eam amare, & ab ipso amari. Verum aliquid amplius desponsatio Dei indicare videtur, & idcirco fortasse Ghislerius addidit indiuiduam animorum coniunctionem, sed quid est coniunctionem esse indiuiduam? an inseparabilem? atqui in hac vita non est inseparabilis vnio Christi cum anima, neque cum Ecclesia, saltem quo ad partes, sicuti neque inter coniuges animorum coniunctio semper perseuerat, & licet inter amicos daretur inseparabilis animorum coniunctio, vt cum inter se fœdus iuratum ineunt, non propterea inter eos matrimonium reperiretur.

Ratio connubij Christi cum Ecclesia in quo sita.

1. Reg. 18. 1.

5 Quid ergo amplius requiritur? Tria ni fallor, quæ in humano matrimonio reperiuntur, sunt etiam suo modo ad connubiũ Diuinum arcessẽnda. Primum horum est contractus; Celebratur enim quidam contractus inter coniuges per quem inuicem obligantur, & constringuntur, & vnus fit alterius. sic ergo etiam ad diuinum connubium præter amorem mutuum, requiritur quidam veluti contractus, per quem noua ratione Deo obligatur homo, nec dedignatur Deus semetipsum homini deuincire. Hinc dicitur

Tria ad matrimonium requiri.

Contractus.

Dd 2 Deus

Deus Synagogam in deserto desponsasse, quoniam veluti quidam contractus intercessit, per quem recepit Deus in suum peculiarem populum hebræos, & ipse factus est ei peculiariter Deus, & protector, quod cecinit Psaltes ps. 113. dicens. *In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo Barbaro, FACTA EST IVDAEA SANCTIFICATIO EIVS Israel potestas eius.* Hinc sæpius mentio fit fœderis inter Deum, & populum, & quoniam huius fœderis leges traditæ sunt in monte Synai, nō immeritò dicitur ibidem desponsatam fuisse Deo Synagogam.

Et qualis. Est autem hic contractus in matrimonio mutua quædam traditio corporum, & substantiarum, & hoc etiam seruata proportione inter Deum, & animam, siue Ecclesiam reperitur. Nam Deus quodam modo se Ecclesiæ tradit, bona sua ei largitur, & donis pretiosissimis ditat, quod quidem etiam Synagogæ præstitit, sed multo verius, & cumulatius Ecclesiæ. Hæc autem se ipsam quoque Deo tradit & ex paupertate sua nonnihil offert.

Vnio. 6 Hinc oritur secunda conditio, vt fiant coniuges quodammodo vnum iuxta illud. *Non sunt duo, sed vna caro*: & hoc quoque locū habet aliquo pacto in connubio Diuino; *Nam qui adhæret Domino,* inquit S. Paulus, *vnus Spiritus est*, & sicuti per hanc vnionem cōiugalem sponsa regis euadit Regina, ita etiam iusti per hoc cōnubium appellantur Dij, atque vt nihil desiderari vlterius posset, factus est & ipse Deus homo, & quamuis vni tantum naturæ vnio hypostatica concessa fuerit, per Euchareſtiæ tamen sumptionē, reliquis omnibus quodammodo communicatur. Est enim Euchareſtiæ Sacramentum veluti quædam incarnationis extensio, vt S. Chrysost. docebat.

Luc. 10. 8.

1. Cor. 6. 17.

Inseparabilitas. Tertium quod in matrimonio requiritur est inseparabilitas aliqua. Dixi aliquam, quoniam omnimoda inseparabilitas, & indiuisibilitas est quidem magna perfectio matrimonij, at non de essentia, quoniam in lege veteri vera erant matrimonia, neque tamen indissolubilia, imò & in lege noua matrimonium ratum peringressum alterius coniugis

Hoc quomodo intelligendū.

iugis in religionem diſſoluitur. Quare optimè Cathechiſmus Pij V. tit. de matrimonio §. neque vero. *Quamuis*, inquit, *matrimonio, quatenus natura, eſt officium, conueniat, vt diſſolui non poſsit tamen id maximè fit, quatenus eſt Sacramentũ.* Si quæras autem, quænam ſit hæc aliqualis indiſſolubilitas, quæ matrimonio conuenit. Reſp. Thomas, Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 14. n. 10. in hoc conſiſtere, quod cæteri contractus poſſunt mutuo conſenſu diſſolui, & ex multis alijs cauſis, vt quia res ſunt notabiliter mutatæ &c. Matrimonium autem ex ſe eſt vinculum perpetuum, niſi à ſuperiori cauſa dirimatur, vel dirimi concedatur. Dices in lege veteri poterat vir autoritate propria dare libellum repudij vxori, ergo non tantum à ſuperiori cauſa. Reſp. à ſuperiori cauſa fuiſſe Hebræis conceſſam autoritatem dãdi libellum repudij, ac proinde firmam manere indiſſolubilitatem matrimonio attributam.

Thom. Sanch.

7 At in connubio diuino quænam indiſſolubilitas reperitur? Cum Eccleſia generaliter ſumpta procul dubio eſt perfectiſſima, nam fideles numquam deerunt in mundo iuxta illud *ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, neque Deus eam vnquã deſeret, ad quam indiſſolubilitatem ſignificandam ſacramentum matrimonij conſumatum eſt omninò indiſſolubile, vt docet Sanchez citata diſput. 14.

In connubio diuino, quomodo reperiatur.

Matt. 16. 18.

Quo ad connubium autem cum anima, dicendum hoc non eſſe omninò indiſſolubile, quoniam per peccatum diſſoluitur. Quare Innoc. III. *C. debitum de bigamis* expreſsè definit matrimonium ratum, quod diſſolui poteſt, ſignificare vnionem per charitatem, cõſumatum verò, quod omninò indiſſolubile eſt, vnionem per carnem aſſumptam. Particeps tamen eſt etiam hoc connubium indiſſolubilitatis, quoniam ex natura ſua eſt permanens, & perpetuum, & numquam ex Deo eius diſſolutio procedit, quia ipſe non deſerit, niſi prius deſeratur, & quemadmodum humanum connubium ſolum per mortem diſſoluitur, ita hoc diuinũ non niſi per peccatum, quod eſt quædam animæ mors dirimitur.

8 Quo ad

In connubio cum synagoga.

8 Quo ad synagogæ coniugium maior occurrit dubitatio, nam repudiatam synagogam communiter asseritur, eo quod & ipsa adulterium commiserit, & à Deo sponso recesserit, quod figurasse Moysen, dum legis tabulas à monte rediens confregit, eleganter adnotauit Theodoretus q. 69. in Exod. inquiens. *Cum tabulæ dotalium instrumentorum formam haberët, sponsa verò in ipso limine thalami nuptialis ad committendum adulterium declinaret Moyses profectò dotales literas confregit*, à quo non longè abest D. August. quæst. 144. in Exod. *Repudiauit igitur synagoga sponsum Deum sæpius vt Ex. 32. 1. cum Aaroni dixit, Surge fac nobis Deos, qui nos præcedant. Rursus cum Regem sibi postulauit 1. Reg. 8. dixit. n. Deus Samueli. Non te abiecerunt, sed me*, alias quoque in Idololatriam aperte est lapsa, vnde conqueritur Ieremias Cor. 2. n. 10. *Transite ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factum est huiusmodi, si mutauit gens Deos suos, & certe ipsi non sunt Dij Populus verò meus mutauit gloriam suam in Idolum*. Palam quoq; sponsum suum repudiauit, cum dixit. *Non hunc, sed Barabbam* Ioan. 18. n. 40. *& non habemus Regem, nisi Cæsarem*.

Theod.

D. Aug.

Ex. 32. 1.

1. Reg. 8. 7.

Ierem. 2. 10.

Hanc Deū repudiasse.

Ioan. 18. 40. 19. 16.

Deum quoq; repulisse Synagogam liquet ex Oseæ 2. 2. *Iudicate matrem vestram, iudicate, quoniam ipsa non vxor mea, & ego non vir eius*. Nec minus apertè D. Paulus ad Galat. 4. vbi postquam in Agar, & Ismaele figuratos affirmauit Hebræorum populum, & Synagogam, & contra in Sara, & Isaac populum Christianum, & Ecclesiam subijcit, *sed quid dicit Scriptura? Eijce ancillam, & filium eius non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ*, quo Synagogę, & populi Hebręi repudium significatur, vt ex Patribus Cornelius à lapide affirmat.

Oseę 2. 2.

Et ab eo repudiatam.

Ad Gal. 4. 30.

Repugnat S. Paulus, & Prophetæ.

9 E contrario idem Apostolus Paulus non minus clarè oppositum defendit cap. 11. Epist. ad Rom. clamat enim. *Dico ergo, Nunquid Deus repulit populum suum? absit. Nam & ego Israelita sum*. Item Christus Dominus asserit *non venisse se soluere legem, sed implere*, & se esse lapidem illum angularē, qui duos parietes connecteret Populum. s. Iudaicum, &

Ad Rom. 11. 1.

Matt. 5. 17.

Genti-

Gentilem. Item Oseæ 2.14. postquam videbatur. Deus à se repulisse Synagogam: iterum dicit, eam se desponsaturum. *Propter hoc*, inquit, *ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinẽ & loquar ad cor eius, & canet ibi iuxta dies iuuentutis sua, & iuxta dies ascensionis sua de terra Aegypti, & erit in die illa ait Dominus vocabit me vir meus &* n. 19. *Et sponsabo te mihi in sempiternum.*

Præterea si repudiata fuit Synagoga, hoc maximè in aduentu Christi contigit. Vt quid igitur hunc Christi aduentum optabant & flagitabant Patres, & Prophetæ? vt quid Deus tanquam summum bonum ei Messiam promittebat, si ob eius aduentum ipsa à thalamo repellenda erat? En vtrinque scopuli, quos vt euadamus mihi hæc videntur dicenda.

Primo ex parte Dei, & quatenus ad ipsum spectabat, nunquam dissoluendum fuisse ipsius coniugium cum populo Hebræo, siue cum Synagoga; est hoc dictum cum Patre Gaspare Sanctio in Oseę 2. v. 19. Probatur autem, quoniam Dei dona sunt sine pœnitentia, nec ipse vnquam deserit, nisi prius deseratur. Sicut ergo si Adam non peccasset, nunquam ab eo originalem iustitiam abstulisset, neq; eum à Paradiso eiecisset. Ita neq; à Synagoga, nisi ipsa peccasset, desponsationis suę donum abstulisset, sicuti neq; Moyses tabulas dotales, vt appellabat Theodoretus, non nisi post adorationem vitulo à populo exhibitam cõfregit.

Conciliatur.

Gaspar Sanctius.

10 Dices, quid ergo? si populus Hebræorum non peccasset, perpetua fuisset lex vetus? Ecclesia gentium non fuisset desponsanda? Nunquam circumcisio, cæterique Iudæorum ritus abolendi? Negatur consecutio, quoniam ab his non pendebat Hebræorum cum Deo coniugium. Non igitur repudiata fuisset Synagoga, sed ad maiorem dignitatem euecta, sicuti enim si Adam non peccasset, mortuus quidem non fuisset; translatus tamen viuus in Cęlũ esset, ita Synagoga, nisi peccasset, extincta non fuisset, sed in melius mutata, & Synagogę nomine amisso, Ecclesia vocata esset, sicuti etiam de lege veteri Saluator dicebat. *Non*

Quid si non peccasset Synagoga.

Matt. 5. 17.

veni

veni soluere legem, aut prophetas, sed adimplere. Ecclesia quoq; gentium ipsi fuisset insita, & incorporata. Circumcisio in Baptismum commutata, & reliqui Hebræorum proprij ritus in longè meliores, & perfectiores trasfusi, vt etiam iam euenisse cernimus.

Non omnino synagogam repudiatam.

Dico secundo nunquam omninò, & secundum omnes suas partes Synagogam à Deo recessisse, vel ab eo repudiatam fuisse. Probatur, quoniam nunquam defuerunt in populo Hebræo aliqui iusti, & electi, in quibus synagogæ cum Deo coniugium seruabatur. Quod Doctor gentium aduertit ad Rom. 11. referens Dei responsum ad Eliam cóquerentem se relictum esse solum .s. *Reliqui mihi 7. millia virorum, qui non curuauerũt genua* Baal. v. 4. post subijcit Apostolus, *sic ergo, & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt,* non ergo secundum omnes suas partes, neque post Christi mortem repudiata fuit Hebræorum Synagoga.

3. Reg. 19. 18.

Ad Rom. 11. 4.

Magna tamen ex parte.

Dico tertio Synagoga communiter sumpta, & secundũ maiorem sui partem ob sua peccata repudiata fuit. Patet hoc dictum, quoniam pauci omnino Hebræorum in Christum crediderunt, & qui Rempublicam administrabant, ipsum & eius discipulos persecuti sunt.

Et vt retinens legales caremonias.

11 Dico quarto Synagoga vt tenaciter adhærens legalibus cæremonialibus præceptis reprobata fuit. Clarum quoq; est hoc dictum, quoniam hæc cæremonialia retinere, argumentum erat Christum nondum aduenisse, ipsum .n. venturum figurabant, non recepto autem sponso, merito ipse repudiata fuit.

Cur tabula legis à Moyse confracta.

Ex his obiecta contra vtramque partem non erit difficile soluere, aut declarare. Quod .n. primo loco dicebatur à Moyse tabulas dotales fuisse confractas. Resp. hoc contigisse post Idololatriam à populo commissam, & significasse connubium Dei cum Synagoga dissoluendum iuxtà tertium, & quartum dictum.

Ad Oseæ auctoritatem. Resp. non eam intelligendam de tota omnino synagoga, sed de quadam eius præcipua parte,

parte non deerant tunc temporis Prophetæ qui sequebantur Dominum,& eius connubium seruabant.

Ad Apostoli dictum Resp. Ismaelis eiectionem intelligendam iuxta 4. dictum quatenus.s. permanere voluit filius ancillę cum fieri potuit filius liberæ iuxta ea que subijcit idem Apostolus. *Itaque fratres non sumus ancillæ filij sed liberæ qua libertate Christus nos liberauit*, quibus verbis ostēdit non natura se esse liberæ filiū, sed dono,& gratia Christi.

Ad Gal. 4. 31.

Reliqua probant tantum nostrum primum,& 2. dictum.

12 Quo ad sponsalia. Notandum hæc nil aliud esse, quam futuri matrimonij promissionem ex Sanchez. lib. 1. de matrim. disp. 1. post Nicolaum Pontificem *C. Nostrates* 3. q. 5. sed hęc promissi debet esse mutua, vt verè sponsalia, consurgant,& Sanchez ibidem disp. 5. Hinc infero inter Ecclesiam, & Christum non precessisse aliqua sponsalia, quoniam Ecclesia, antequam nasceretur, spondere non poterat post quam verò nata est, statim Christo coniuncta fuit, quod si nolint statim coniunctam, neque fingere poterunt promisisse Christo connubium. Idem mihi videtur dicendum de Synagoga, nullibi enim huius mutuę promissionis vestigium apparet nisi fortè dicant in Abrahamo præcessisse per circumcisionē Gen. 17. vbi dixit D. Abrahæ. *statuam pactum meum inter me, & te & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno* v. 7. sed hoc nō euincit. Nam vel per hoc pactum intelligunt connubium, vel non, si non ergo nec illa promissio fuit sponsalia, si intelligunt, ergo neque fuerunt sponsalia, quoniam loquitur Deus de pacto in præsenti sanciendo, nam statim declarauit positum hoc pactum in circumcisione, nec Abraham distulit se ipsum, & suos circumcidere. Non fuit igitur promissio de connubio futuro, sed oblatio connubij de præsenti.

Sanchez.

Sponsalia quid.

An inter Christum, & Ecclesiam.

Gē. 17. 7.

Cum anima quoque non cōtrahit sponsalia Deus, quoniam, vel anima gratiam, & charitatem possidet, & nupta est Deo, vel non possidet, & est inimica Deo, ac proinde nō potest inter ipsos contractus intercedere.

An inter Deum, & animam.

An omnis vnio per charitatẽ sit coniugium.

13 Obijcies, per vos non omnis vnio per charitatem est coniugium spirituale, quidni, ergo, cum anima possunt esse sponsalia ante coniugium? Resp. non omnem vnionem per charitatem esse coniugium formaliter, esse tamen de facto, & realiter. Dixi non esse formaliter, quia reuera ad connubium aliquid amplius requiritur, quam mutua dilectio, subieci, esse tamen realiter cum de mutua charitate inter Deum, & animam loquimur, quia illud amplius, quod requiritur, semper cum hac mutua charitate reperitur, traditionem .s. sui ipsius, & quamdam indissolubilitatem, quæ in mutua hominum dilectione non semper reperiuntur, & idcirco inter hos sponsalia præcedunt, non tamen inter animam, & Deum exemplo animę rationalis declarari hoc potest, si .n. dicam per animam rationalem, hominem, non esse sensitiuum, non mentiar, quia per eam formaliter non est homo sensitiuus, si autem dicam animã rationalem dare homini esse sensitiuum, à veritate quoque non discedam, quoniam eadem anima rationalis est etiam sensitiua, ac proinde dat homini esse sensitiuum. Latiori tamen significatione dicitur Deus sponsalia inire, dum ipse promittit suas nuptias, quamuis non repromittat, cui sit promissio sicuti etiã coniugium, quod in hac vita cum Deo anima init respectu perfectissimæ coniunctionis cum Deo in cœlesti patria vocari potest quædam desponsatio, vel matrimonium ratum, quod dissolui potest. Cœleste autem connubium matrimonium consumatum, quod nullo modo separationem admittit.

Superest modo videre, an per aduentũ Sp. S. in die Pentecostes dicendum sit matrimonium cum Ecclesia celebrasse D. N. qua de re.

Ante pentecostẽ Ecclesia Dei sponsa.

14 Dico primo non tunc primum contractum fuisse huiusmodi matrimonium. Probatur quoniã si pronubum harum nuptiarum dicimus esse Sp. S. iam hic antea datus erat quamuis non in ea plenitudine, nec eo modo, quo in die Pentecostes, ergo iam contractum erat matrimonium ante diem Pentecostes.

Præte-

Præterea ante suum obitum semetipsum vocauit Dom. sponsum illis verbis. *Non possunt filij sponsi ieiunare &c.* Matt. 2. Neque dicas vocari sponsum propter futuras nuptias Nam S. Ioan. Baptista indicat iam habuisse sponsam, dixit enim de Christo loquens Ioan. 3. 29. *Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi qui stat, & audit eum, gaudio gaudet super vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est.* Vbi nota, & asserere Ioannem haberi à Christo sponsam, & suum ipsius gaudium impletũ esse, quæ verà non essent, si tantũ ratione futuri connubij diceretur Christus sponsus. Præt. in festo Epiph. canit Ecclesia. *Hodie cælesti sponso iuncta est Ecclesia*; ergo longè ante Sp. S. aduentum connubium cum Ecclesia peractum est.

Marc. 2. 19.

Ioã. 3. 29.

Christus ante mortẽ sponsus.

Dico secundo confirmatum, & renouatum quodammodo in die Pentecostes Ecclesiæ cum Christo matrimoniũ fuisse. Probatur quoniam per effusionem Sp. S. abundantem arctius est Ecclesia Christo vnita, & nouo quodammodo titulo effecta sponsa idque, & non aliud rationes superius allatæ probant.

Confirmatum coniugiũ in die Pẽtecostes.

15 Dico 3. congruentius fortasse dici dona cælestia nouæ nuptæ in festo Pentecostes à sponso fuisse missa, quam connubium celebratum. Probatur quoniam reuera absens sponsus erat quamuis .n. Christus Dominus vt Deus sit vbique, ac proinde etiam Apostolis tunc præsens, reuera tamen, vt homo, & ex consequenti vt Christus, quatenus complectitur Deum, & hominem absens erat quamuis etiã inter absentes per procuratorem contrahi possit matrimonium, non est tamen verisimile sponsum præsentem nolle cum præsente sponsa connubium inire, sed illud differre in tempus absentiæ vt per procuratorem contrahat. Cum ergo Christus diu fuerit Ecclesiæ præsens non est inuerisimile distulisse matrimonij contractionem in tempus absentiæ, neque procuratoris munus dignitati Spiritus S. videtur admodum congruum, fuisset que mediator inter Christum, & Ecclesiam, & proprium Christi non esset mediatorem Dei, & hominum dici.

Congruentias dona data.

Præterea nullibi inuenio Spiritus Sancti missionem sub connubij metaphora promissam fuisse, aut prædictam, siue postquam contigit ita appellatam. Ab humano igitur ingenio videtur hęc nuncupatio fuisse profecta, non verò ex ipsa rei natura, aut diuinitus ortam.

An Sp. per sua verba Cant. flagitatus.

16 Sed per hæc verba *Osculetur me osculo oris sui &c.* significata ne fuit aut expetita Sp. Sancti effusio? Respódeo nó mihi videri improbabile per hæc verba Spiritum Sanctum flagitari tum quia grauissimos patronos hæc interpretatio sortita est, vt D. Bernardum D. Ambros. & inter recẽtiores Ghislerium, Sanctium, & alios, tum etiam quoniam per osculum oris, spiritus communicantur inter amantes, quid mirum igitur si in osculi petitione osculantis Spiritus efflagitetur?

An in die Pentecostes Ecclesia imperauerit.

Argumenta initio excursionis allata quatenus contra nos pugnare videantur, modo soluenda sunt.

Ad primum vtraque propositio, & maior, & minor claudicat. Erat maior. *In illud tempus referendas nuptias, in quo Ecclesia tamquam Regina intelligitur absque controuersia imperasse.* quod bifariam intelligi potest, Quoad ius s. imperandi, & quo ad exercitium, si quo ad ius admitti potest maior. Nã per coniugium ius in domum, & familiam accipit sponsa, sed falsa erit minor. Hoc ius in die Pentecostes acquisiuisse Ecclesiam, nam longè antea Regni Cœlorum claues, per quas dominium significatur, traditæ fuerunt Petro, si quo ad exercitium falsa erit maior, & minor. Maior quoniam non statim ac viri, domum ingressa est sponsa dominium suum exercet; pudore enim cohibetur; forte nec habet vsũ & contra vrbanitatem videtur expellere statim, & de gradu deijcere priorem Dominam siue sponsi matrem, siue aliã. Minor quoque claudicat, quia non statim post Pẽtecostẽ quo ad exercitiũ ablata est lex vetus; neque Ecclesia libere dominata est cũ persecutionib⁹ vndique premeretur.

Ecclesia adhuc imperfecta Christo desponsata.

17 Ad primam confirmationem concedo ante Pentecostem fuisse Ecclesiam infirmam, & imperfectam, negatur tamen hinc sequi. Non fuisse desponsatam, non s. dedigna-

tus

tus est Dominus ipsam infirmam recipere, vt redderet fortem, & imperfectam, vt perfectam redderet. At erat recens edita, vt pote è latere Christi educta. Respondeo non tūc primo fuisse editam, vt supradictum est, & statim ac nata fuit matrimonium inijt. Quare vtroque pede hæc argumentatio claudicat.

Ad 2. Confirmationem de nuptialibus donis. Res. & ante coniugium, & postea etiam à locupletibus, & amantibus sponsis solere dona sponsæ tribui, præsertim si sponsus regni possessionē adeat, aut opimis spolijs potiatur, vt Christo in Cœlum ascendenti contigit iuxta illud Psal. *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatē dedit dona hominibus*, quare hinc nihil concludi potest.

Psal. 67. 19.

Ad Eph. 4. 8.

18 Ad 3. Confirmationem. Negamus statim post nuptias vel grauidam factam, vel plurimam sobolem Ecclesiā peperisse. Non enim id Isaiæ vaticinium euincit. Admiratur ille quidem celerem partum, & numerosam sobolem, at hæc celeritas non à nuptijs est inchoanda, sed à conceptu simul. n. quodammodo concepit, & peperit contra morem mulierum. At quare post nuptias non exemplo facta est plurimorum mater? Respondeo ad generationem naturalem non prius aptas esse mulieres, aut animantia, aut plantas, quam perfectionem, & robur sibi acquisierint, non .n. decuit hoc alijs impertiri, quod sibi ad propriam constitutionem necessarium erat, & hunc ordinem in spirituali quoque generatione voluisse Deum obseruari quare neque Ioannes Baptista, nec ipse Dominus ante 30. annum concionari cœperunt nil igitur mirum si Ecclesia quoq; nō priusquā adolesceret, & robur requireret, soboli procurādæ incubuerit; quamuis vix nata ad nuptias conuolarit.

Ecclesiæ fecunditas quomodo cœperit.

Ad 4. Confirmationem Respondeo magis esse contra ipsum, quam pro ipso, nam si illis verbis. *Osculetur me &c.* connubia promissa expetuntur vt in hac confirmatione affirmat Sherlogus, idemque ipse ab Ecclesia resurrectionē Christi suspirāte vult proferri, ergo nō in Pētecosten sunt nuptiæ, sed in resurrectionem referendæ. Iuxta nostram

Per osculū an nuptiæ expetātur.

autem

autem sententiam, cum velimus hoc Canticum esse carmen nuptiale non tã forte per hæc verba nuptiæ expetuntur, quam præsentes celebrantur, & spõsorum blandimenta explicantur; vel si expetuntur ad nuptias in Vtero Virginis contractas referuntur. Porrò Patres, qui per hæc verba Sp. S. expeti volunt, non affirmant ad nuptias hæc verba referenda, & qui ad nuptias referunt, non per ea Sp. S. efflagitari arbitrantur. Ad sub cõfirmationem ex illis verbis. *Egredimini &c.* Respondeo multos quidem ex patribus hæc verba intelligere de desponsatione per passionem inita, sed neque paucioris, aut inferioris notæ PP. sub nomine desponsationis Incarnationem intelligere, patet ex his quæ ipsemet affert Ant. 3. sect. 4. n. 109. & sequentibus. Quod verò subdit desponsationis nomine sponsaliũ contractum intelligi, non verò ipsum connubium, non video ex patribus elici, immò contrarium potius indicari existimo; Nam loquuntur de desponsatione, siue de nuptijs, non autem de promissione, aut sponsalibus, & textui hæc expositio multo magis congruit, non coronabatur n. sponsus, quando sponsalia contrahebat, sed in ipsis nuptijs, inito iam matrimonio, ergo cum hic sermo sit de corona nuptiali, patet non de sponsalium, sed de nuptiarum die sermonem esse, contra Sherlogi opinionem.

Desponsationis nomine non sponsalia, sed nuptias intelligi.

19. Ad argumentum Ghislerij ex Hebræorum Reipublicæ desponsatione cũ Deo in promulgatione legis. Resp. festum Pentecostes Euangelicum non ita adumbratum in descensu Dei in monte Synai, vt non adsint quoque nõ contemnenda discrimina. Nam lex in monte Synai promulgata fuit, per quam populus Hebræorum fœdus contraxisse cum Deo perhibetur, at lex Euangelica iam condita erat à Christo, & eius promulgatio in die ascensionis commendata nec de ea in Sp. S. aduentu facta est aliqua mentio. Præterea collectus erat totus ille Hebræorum populus in deserto, & à reliquis gentibus sepositus. At Ecclesia gentium in die Pentecostes nondum erat collecta, & eius minima pars, si numerum spectes, ibi aderat, neque ab

Discrimen inter veterem Pentecostem, & nouã.

alijs

alijs populis discreta, vel elungata 3. Descendit Deus, vel Angelus Deum referens in montem Synai legem daturus, & Synagogam sibi desponsaturus, at in Cænaculum Sion non descendit Christus Dominus, qui est Ecclesiæ sponsus sed Spirit. Sanct. ab eo missus, quare non mirum, si dicamus Desponsasse quidem sibi Deum Synagogam in monte Synai, non autem Christum Ecclesiam in Cœnaculo Sion, etsi concedamus confirmatum magis, & renouatum vtriusque connubium, quod tantum probant, quæ possunt adduci similia inter vtramque Pentecostem.

Ad 1. Confirmationem Ghislerij dicimus primo, animorum coniunctionem non sufficere ad coniugium, Plures .n. se mutuo amant, ac proinde sunt animo coniuncti qui tamen non sunt coniuges. Præterea animorum coniunctio inter Christum, & Ecclesiam fuit etiam ante diem Pentecostes, quamuis concedamus tunc arctiorem, & maiorem euasisse.

Sp. San. quemmodo nexus Christi cum Ecclesia.

Ad secundum concedimus Sp. S. esse nexum Patris, & filij, & per ipsum etiam connecti Christo Ecclesiam, sed dicimus ante Pentecostem quoque exhibitum Spiritum S. quamuis non ea affluentia, qua in die Pentecostes, quare hinc nil aliud euincitur, nisi id quod sæpius concessimus per aduentum Spiritus Sancti in die Pentecostes confirmatum fuisse, & arctius constitutum inter Christum, & Ecclesiam iam antea initum matrimonium.

An per

An per Verbi Incarnationem desponsata fuerit à Christo Ecclesia, idque per Cantici prima verba postulatum.

EXCVRSIO. V.

Pars affirmans suadetur.

1 EST Patrum communissima sententia per Incarnationem Christum Dominum Ecclesiam sibi in sponsā copulasse, & fatetur Sherlogus antel. 3. sect. 4. n. 109. & Ghisl. in App. ad vers. 1. & quod plurimi faciēdum est summus Pontifex Innocentius 3. vt præcedenti excursione vidimus.

Sherlog. & Gisler.

Næc ratio deest quoniam valde monstruosum esset, caput viuum reperiri sine suo corpore. Atqui Christus est caput, Ecclesia verò eius corpus ergo nunqam seiuncti fuerunt, si non seiuncti, ergo vt sponsi vniti. Præterea per vnionem hipostaticam, quæ est maxima vnionum vnitum fuit Verbum Diuinum tamquam sponsus humanæ naturæ, at non omni, quoniam in multis, imò plurimis, peccatis, obnoxia, & contaminata erat. Neque etiam Synagogæ quia hæc repudiabatur, ergo Ecclesiæ.

Quibus prematur difficultatibus.

Non caret tamen hæc opinio difficultatibus permagnis Primo enim Ecclesia nondum nata erat, vel .n. ex latere Christi in Cruce dormientis prodijt, vel quando ipse discipulos collegit, nasci cœpit ergo in vtero Virginis non potuit Christo coniungi.

Præterea matrimonium est contractus mutuus, & volūtarius inter personas sibi notas. At Ecclesia nō potuit tunc præstare consensum, cum non adesset in vtero Virginis; nec Verbi incarnati personam agnosceret, ergo non potuit tunc contrahi hoc matrimonium.

Tertio vita Christi, & eius mors ad acquirendum sibi Ecclesiam sponsam ordinata fuit, vt testatur D. Paulus ad Ephes. 5. 25. *Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro*

Ad Eph. 5.26.

pro ea vt illam sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet verbo ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam. Atqui si in vtero Virginis iam ipsam acquisiuit, & sibi copulauit, optatum finem tunc obtinuit, nec opus fuit, vt postea sanguinem funderet, aut moreretur.

Explicādi Patres.

2 Propterhęc existimo non quidem deserendos Patres, ac multo minus mendacij coarguendos, sed tamen benignè interpretandos, itá vt de matrimonio non strictissimè, sed latiori quadam significatione accepto sint locuti. Quare nonnullos modos, quibus eorum dicta intelligi, & saluari possunt, afferemus.

Varij modi afferuntur ad eos explicandos.

Primus virtute.

Primus modus est vt intelligatur de matrimonio virtute contracto, sicuti qui nummos habet dici potest omnia quæ nūmis comparari possunt habere vt vestes, domos, cibos &c. Ita Christus in Incarnatione habuit omnia, per quæ sibi acquirere, & copulare poterat sponsam Ecclesiam & ad hoc in mundum venerat, iam ergo dici poterat sponsam acquisiuisse.

Ex parte Christi.

Secūdus modus est vt intelligatur cōtractū matrimoniū ex parte Christi, sicuti quando quis instrumentum, siue Chirographum conficit: quo magna nummorum summa aliquem donat quamuis donatarius absens sit, & nondum acceptauerit donationem, dicitur tamen ille donasse, quia fecit quod in se erat, neque ambigendum est tam lucrosam donationem aliquem recusaturum, & donatio habetur pro perfecta; itá cum Christus in mundum venisset, coniugium suum Ecclesiæ offerens essetque hoc summum beneficium, & ab Ecclesia summopere optandum, iam pro cōfecto haberi poterat.

Materialiter.

Tertius Modus est, vt coniugium intelligatur contractum cum Ecclesia materialiter sumpta sicuti qui habet pannum, quo sibi conficiat vestes dici potest iam sibi comparasse vestes, non formaliter, sed materialiter, quia materiam habet ex qua illa conficiuntur. Itá ergo tempore incarnationis non aderat fortè Ecclesia formaliter, & aderat

materialiter, id est existebant homines, ex quibus Ecclesia conficitur, cum autem Verbum Diuinum humanam naturam assumpsit, cum hominibus dicitur strictissimè, & inseparabiliter copulatus, quia quod semel assumpsit nunquã dimisit, & hæc coniunctio meritò appellatur coniugium, atque ita cum Ecclesia saltem materialiter connubium dicitur contraxisse Christus siue verbum Diuinum in vtero Virginis.

Per synecdochem. 3 Quartus Modus est per Synecdoche figuram, sicuti cum dicimus alicubi esse S. Petrum, quia ibi aliqua pars eius corporis adest. At Ecclesiæ potissima pars fuit B. V. M. quæ, & Incarnationi Verbi consensit, & Christo in vtero suo degenti vinculo charitatis arctissimo copulata est, & quamuis fuerit eius genitrix, quatenus tamen ab ipso redempta est, hoc est ab omni culpa præseruata, & eius anima ipsi copulata dici etiam potuit sponsa eius, & ita ratione ipsius Christum Dominum cum Ecclesia matrimonium contraxisse.

Per consẽsum interpretatiuũ. Quintus modus est per consensum Interpretatiuũ, sicuti interpretamur consensisse, qui auferentis sibi pallium cum obsistere posset non repugnauit, & multo magis, qui summoperè aliquid se desiderare ostendit præsumitur acceptare, si postea illud ei offeratur, omnes autem iusti, qui tempore Incarnationis Christi viuebant, siue explicitè, siuè implicitè, aduentum Verbum Dei in mundum, vehementer optabant, ergo cum venit, meritò interpretamur, eos ipsum amplexatos, atque deosculatos esse, & consequenter inter ipsos spirituale connubium contractum, & cum Interpretatiuè susceperint Christum, ad Ecclesiam quoque interpretatiuè spectare, & ita meritò dici peractum fuisse matrimonium inter Christum, & Ecclesiam.

Symbolicè. Sextus Modus, est Symbolicus, per quem ea dicuntur fieri, & adesse; quæ significãtur tantum, sicut si in tabula depictus sit Dauid Gigantem Goliat occidens, dicere quis poterit, En Dauid Gigantem occidẽs. In vtero autem Virginis

ginis per vnionem Verbi Diuini cum carne significabatur vnio Christi cum Ecclesia, quare non mirum, si & hęc vnio ibi dici tur affuisse. Ità dictum illud Ap. 13. 8. *Agni qui occisus est ab origine mundi* multi PP. exponunt, teste Cornelio à lapide cuius verba sunt, *Agnus occisus est ab origine mundi, non in se, sed in suis typis, & figuris puta Sanctis Patriarchis, & Prophetis qui fidei, & pietatis causa occisi sunt Ita Ambr. Anselmus, Ansbertus, Thomas Hugo Vegâ, & alij.*

Apoc. 13. 8.

7 Modus est ratione causæ. Dicitur enim aliquid fieri, cum ponitur eius causa, vt Lucium occidisse Caium, cũ lethaliter cum vulnerauit, & cũ Lunæ Ecclypsim esse interpositionem terrę inter ipsam, & Solem affirmamus; Incarnatio autem æterni Verbi causa fuit connubij inter Christum, & Ecclesiam.

Causatiuè.

Octauus Modus est per procuratorem vt sæpissimè etiã in humanis coniugijs contingere solet, hoc munere autem functam esse B. Virg. dici potest; de ipsa enim ait S. Thom. 3. p. q. 30. art. 1. quod *per annunciationem eius expetebatur consensus loco totius humanæ naturæ*, cur ergo non etiam totius Ecclesiæ, cuius & ipsa potissima pars fuit; & veluti mater? quod si tabellarij absentium nomine promissiones eis fauorabiles, & donationes ipsis factas acceptare dicuntur, cur hoc maximum beneficium Ecclesiæ nomine acceptasse B. Virg. non admittemus? Tradit id tamquam certũ Card. Tolet. annot. 43. in c. 1. Lucę cuius verba infra afferemus. excurs. 10. n. 1.

S. Thom.

Per Procuratorem.

Dices, his modis posse etiam defendi dictum S. Io. Baptistæ, quo sponsum appellauit Saluatorem nostrum, quamuis nondum Ecclesiam desponsasset. Respondeo verba S. Io: Baptistæ, aliquid amplius, quam futuram tantum desponsationem, vt ipsi interpretabantur, significare, quon ã asserit se gaudere propter vocem sponsi, & gaudium suum impletum esse, quibus ostendit iam peractam esse desponsationem, cumque eius verba in proprio sensu accipi commodè possint, nõ cogimur alias interpretationes excogitare. Neque nos per hos modos desponsationem peractam

excludimus, vt ipsi volebant, sed modum, quo peracta fuit, declaramus.

Ex his non erit difficilè ad argumenta in oppositum respondere. Ad primum enim dicimus Ecclesiam affuisse, vel materialiter iuxta 3. modum, vel per Synecdochem iuxta 4. vel interpretatiuè per quintum &c. Ad 2. valet eadem responsio.

Meritis Christi an contractū Ecclesiæ coniugium.

Ad 3. Resp. Non in simplex coniugium cum Ecclesiam ordinatam fuisse vitam, & mortem Domini N. Iesu Christi, sed vt etiam per ipsum ad ęternas nuptias sponsa perueniret; quas consequi nisi per Christi mortem, & ascensū in Cælum poterat. Immò, & illud primum coniugium non fuisse contractum independenter à meritis Christi futuris.

An per Verba Cātici expetitum.

8 At fuit ne hoc coniugium verbis illis. *Osculetur me* expetitum? si ponamus hęc verba esse Eclesiæ, prout à Synagoga distinguitur non videtur dicendum, quia ante illud nata nondum erat, ergo nec poterat exoptare, nec dum petere; si de Ecclesia verò prout amplectitur etiam Synagogam, non est improbabile. Iuxta autem nostram sentētiam, qui ab amicis canentibus volumus hæc verba prolata Planior quidem sensus videtur esse, si dicamus per hæc verba vel Sp.S. vel doctrinam, aut alia dona expeti, eo quod cum sit Epithalamium, videatur supponere nuptias iam contractas, neque tamen est alienus, vt sponsæ desiderium hoc connubium anhelantis hæc verba indicent; nam huiusmodi sponsorum vota solent in Epithalamijs audiri, vt in Claudiani Epithalamio pro nuptijs honorij, & Mariæ.

Hac etiam quaritur secum. Quonam vsque verendus
Cunctatur mea vota socer, quid iungere differt,
Quam pepigit, castasque preces implere recusat?
& infra *Quid diuidis ergo*
Pignora? Quid iuueni natam non tradis alumno?
Optatus ne dies aderit? Dabitur ne iugalis
Vix vmquam? tali solatur vulnera questu.

An ad

An ad B. V. Deiparam referenda sint, quæ à sponsa, siue de sponsa in hoc Cantico proferuntur.

EXCVRSIO VI.

1 DOctores plurimi de B. M. V. hoc Epithalamium exponunt, Immò & Ecclesia ipsa laudes Virginis Beatissimæ hinc sæpissimè elicit, & quę de sponsa, siue à sponsa dicuntur, ipsi adaptat, quare non videtur ambigendum de hac interpretatione, sed quoniam Ecclesia non semper iuxta germanũ literæ sensum S. Scripturæ verba accipit, sed eis sæpè per accomodationem vtitur, locus etiam quęstioni superest. An hæc interpretatio de B. V. sit vera, & germana, & ad literam, vel tantum per accomodationem vsurpata.

Affirmatur.

Sed an per accomodationem tãtum?

2 Tripliciter autem posse intelligi de B. V. huius Cantici verba videntur. Primo vt ipsa est pars potissima Ecclesiæ, Secundo vt inter animas iustas, & ipsa recensetur, & inter omnes eminet, 3. Secundum rationem propriã, quatenus est Dei mater Exempli causa. Hæc verba *Osculetur me osculo oris sui*. Synagogæ, siue Patribus veteris testamenti tribuuntur, Messiæ aduentum suspirantibus, & expetentibus, atqui nullus Patrum tam vehementer, & efficaciter Verbi diuini illapsum expetiuit, quàm B. V. verè igitur, & optimè ipsi non minus, quam illis hæc suspiria, & vota tribuuntur, quod eleganter explicauit Ricardus à S. Laurẽtio lib. 1. de laudibus S. M. C. S. dicens. *Tracta n. est sapientia, quæ est filius Dei de sinu Patris quasi quibusdam funibus, vel intimis desiderijs suspirijs, & lachrymis Sanctorum antiquorum unde dicebat* Moyses Ex. 4. *Obsecro Domine mitte quem missurus es, &* Dauid Psal. 143 *Emitte manum tuam de alto.* Et Isaias 64. *Vtinam dirumperes Cælos, & descenderes, sed Maria quæ*

Tripliciter consideratur B. V.

B. V. super omnes Incarnationem expetijt.

Ricardus à S. Lauré.

Psal. 143.
Isai. 64. 1.

magis dilexit profundius suspirauit, vel amantius desiderauit, ipsa fortius traxit dicens. Osculetur me osculo oris sui. Hac igitur ratione congruenter verba Cantici huius B. Virgini aptari, nisi qui neget de Ecclesia, intelligi debere, inficiari non poterit.

2 Modo melius in B. V. quã in quemlibet alium Sanctũ aut Sanctam Canticorum laudes, & amores referri nemini Catholicorum dubium esse potest, cũ certum sit singulos eorum in Sanctitate, & in Dei dilectione à B. V. superatos esse.

An B. V. mater, & sponsa.

3 Difficultas ergo solum superest an ei secundum suum statum proprium hoc Epithalamiũ congruat & videtur nõ congruere. Nam eadem esse Mater nequit, & sponsa (quamuis hoc apud Persarum Reges pro absurdo non haberetur) sed Epithalamium est desponsa, ergo non congruit matri, & Confirmatur quoniam in hoc Cantico mentio fit de matre sponsi, dicitur enim Cant. 3. *Egredimini filia Syon & videte Regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua*, per quam matrem plurimi Sanctorum ipsam B. V. intelligunt, vt notat Ghisl. in hunc locum.

Cãt. 3. 11.

Et Cantici Salõ obiectum.

His tamen non obstantibus probabilem existimo eorum sententiam, qui de B. V. secundam propriam eius conditionem hoc etiam Canticum exponunt. Moueor quoniam admitto cum Theologorum communi sententia plures sẽsus literales in scriptura sacra, ac proinde sit mihi valdè verisimile, vt ab amatorio Cantico exclusa non fuerit illa, quæ supra omnes creaturas fortassis etiam simul sumptas prædilecta à Christo Domino fuit.

Maternitas, & desposatio an pugnent.

Moueor secundò quoniam licet inter se non congruãt maternitas, & desponsatio naturalis respectu eiusdem. At pugnare non videntur maternitas naturalis, & materialis cum despõsatione supernaturali, & spirituali, & quamuis natura sua pugnarent, non mirum si in B. V. M. conciliarentur, cum in eadem alia quoque pugnantia fœderata sint vt fœcunditas, & Virginitas. Partus, & Integritas, & alia huiusmodi.

Mo-

Moueor 3. Quoniam si duorum videatur respectu eiusdem personæ diuinæ B. Virg. sponsam esse, & matrē emollire hanc duritiam possumus affirmantes eam secundę quidem personæ diuinæ esse matrem, at verò sponsam respectu primæ aut tertiæ, iuxta illud. *Virtus altissimi obumbrabit tibi*, id est vt supra explicabamus, in sponsam te altissimus cooptabit.

4 Quisnā igitur erit sensus horum verborum *Osculetur me osculo oris sui* secūdum hoc genus interpretationis? Referri possūnt primo hæc verba ad expetitam Incarnationem ex suis visceribus conflandam, sed non ante legationem Angelicam, quoniam humilitas Virginis non permittit vt ipsa petierit esse mater Dei, antequam ab Angelo ad id se munus electam intelligeret, sed hoc Dei voluntate intellecta, probabile est, ipsam vehementer expletionē illius exoptasse, & expetijsse, vt etiam illa ipsius verba indicant. *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum.*

Osculi petitio quomodo ei optāda.

Luc. 1. 38.

Per osculum autem communicatio spiritus per quem Virgo permanens est fœcundata, siue vnio, atque coniunctio Incarnati Verbi cum dilectissima sua parente intelligi potest de qua præclare Arnoldus Carnotensis tract. de laudibus Mariæ. *Vna est* inquit *Maria caro, & Christi, vnus spiritus, vna Charitas, & ex quo dictum est ei, Dominus tecum inseparabiliter perseuerauit promissum, & donum. Vnitas diuisionem non recipit, nec secatur in partes, & licet ex duobus factum sit vnū, illud tamen vltra scindi non potest, & filij Gloriam cum matre non tam communem iudicio quam eandem.*

Arnoldus Carnot.

Posset quoque hęc verba referri ad tempus, quo in vtero Verbum infans gerebat B. V. optabatque ipsum, tamquam sponsum de thalamo suo egressum amplexari, & oscula ex eius paruulo, sed mellifluo ore libare.

De anima Iusti, de Natura humana, & de Ecclesia in statu naturæ quid dicendum.

EXCVRSIO VII.

De anima iusti sententia communis.

1 HAEC tria quæsita simul proponimus, quia pauca de singulis erunt dicenda. Quo ad 1. igitur sententiam de verbi (inquit Sherlogus. Vest. 1. n. 57) atque anima Syncera com- nubio omnium expositorum vallatur patrocinio, temerarium igitur esset, ipsam non amplecti non tamen video Sherlogum ipsum hanc expositionem prosequi forte, quod ab alijs perfectè administratam prouinciam, nollet ipse ne actum ageret denuo excolere. Duo tamen dubia circa hanc explicationem mihi occurrunt.

Sherlog.

Difficultas ex loco Cantici.

Primum est ex illis verbis. *60. sunt Reginæ 80. Concubinæ &c. Vna est columba mea &c.* de quo loco etiam supra egimus. Argumentor igitur, hoc Epithalamium non pro concubinis neque pro Reginis omnibus canitur, sed pro Vnica, & singula sponsa, de qua dicitur. *Vna est columba mea &c.* At animę iustorum in 60. Reginis, & 80. Cōcubinis, & in adolescentulis iuxta diuersos gradus Sanctitatis earum intelliguntur, ergo non de vnaquaque earum Epithalamium canitur, & confirmatur, quoniam hæ quoque animæ iustæ in adolescentulis sponsam comitantibus videntur intelligi, ergo non earum singulæ sunt sponsæ. Quo ad priorem locum duæ explicationes occurrunt, quibus supradicta sententia saluari potest. Altera est Gasparis Sanctij; quam supra retulimus sermonem non esse de Reginis, aut concubinis sponsi, sed aliorum.

Cant. 6. 7.

An omnis anima iusti sit Christi sponsa.

2 Altera est Michaelis Ghislerij vnamquamque animā quæ tanta illi vnita sit charitate, vt vna cum sponsa, id verè, atque ex corde proferre queat. *Ego dilecto meo, & dilectus*

Michael. Ghisler.

tus meus mihi, ita sibi esse dilectam, vt iure de singulis dicere sibi liceat, vnam sibi esse dilectam. Iuxta quam explicationem sententia hæc, quæ affirmat Epithalamium hic cani inter Verbum, & animam, non de qualibet anima iusti erit intelligenda, sed de illa tantum, quæ sponsę nomen meretur, quæ tamen non est singularis, multæ enim huiusmodi animæ reperiuntur, sed vnaquæque singulariter diligitur, & de ea cum alijs imperfectioribus collata dicitur. *Vna est columba mea &c.* Sicuti etiam de quolibet S. Potifice canit Ecclesia. *Non est inuentus similis illi*, & hic huius sententiæ intellectus palato meo maxime sapit. Sunt enim multæ animæ iustificatæ quidem, sed adhuc terrenis rebus inhærentes, & voluptatibus inhiantes, & vitiosis habitibus adhuc inquinatæ, quæ non merentur in cellã vinariam introduci, ac propterea non de ipsis hoc Epithalamium loqui arbitror. Nam & de Cantico quodam in Apocalipsi dicitur. *Nemo poterat dicere Canticũ, nisi illa centum quadraginta quatuor millia &c.* Apoc. 14.3. Hæ autem animæ imperfectæ sub nomine adolescentularum intelligendę erunt, quãquam Angelicas substantias per adolescentulas significari forte non esset absurdum.

Cant. 68.

Apo. 14.3

Nõ de omnibus hoc Epithalamium.

3 Alterum dubium est, an hic sensus de anima iusti appellandus sit literalis; idest à Spiritu S. intentus, vel tantum sit per accommodationem, qua in re mihi videtur dicendum esse literalem, licet non primarium. Moueor, quia reuera Christus Dominus non tantum est Ecclesiæ sponsus, sed etiam animarum iustarum. De qualibet enim Virgine Sancta canit Ecclesia. *Veni sponsa Christi &c.* Dixi autem non primarium, vt priorem locum Ecclesiæ, & B. V. M. & alteri sponsæ de qua infra agemus, relinquamus.

An literalis hic sensus.

Secundum quæsitum erat. An tota natura humana sub sponsæ nomine intelligi possit in hoc Epithalamio, & ratio, dubitãdi potest esse, quoniam propter totum genus humanum descendit filius Dei in terras, dixit enim idem ipse. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret*, nomine autem mundi omnes homines intelligun-

An de tota natura humana, sit Epithalamium.

Ioan. 3.16

tur. D. quoque Paulus de eiusdem aduentu loquens. *Apparuit* inquit *humanitas Saluatoris nostri*, Græcè autem est *Philantropia*, idest hominum amor.

E contrario vero hoc non videtur affirmandum, quoniã plurimi hominum peccatis obnoxiji, & abominabiles sunt, ergo à Deo non amantur, quia *odio sunt Deo Impius, & impietas eius*, ac proindè multo minus eius sponsæ dici possunt & hæc secunda pars mihi videtur simpliciter vera. In aliquo tamen sensu prima quoque admitti posset, quatenus scilicet ex parte sua Deus paratus est accipere totam humanam naturam in sponsam, *vult enim omnes homines saluos fieri*, vel quatenus tota natura humana per Verbi Incarnationem nobilitata est, & quodammodo desponsata Deo censeri potest.

Quo sensu verum.

Sap. 14. 9.

1. Tim. 2. 4

4 Tertium quæsitum erat de Ecclesia in statu naturæ, siue sub naturæ legibus. Ipsa in expetijsse videtur cum Deo coniugium, quod postea, cum egressus est Israel ex Aegypto contractum fuit, quam sententiam tribuit Theologus loco supra citato Lyrensi, Iacobo de Valentia, Cypriano Cisterciensi, & alijs quibusdam. Verum hęc sententia hoc pacto intellecta ab ea, quam Excurs. 1. de Synagoga retulimus non videtur differre, si autem præcisè de Ecclesia in statu naturæ loquamur, largo quodam modo videtur, & ipsa desponsata Deo, quatenus per charitatem illi fuit vnita. Ipsi antem desponsatio per legem latam, vel per circumcisionem iure tribui nequit, quoniam permansit adhuc Ecclesia hæc inter gentes, & non sub iugo legis Moysayçę, aut sub signaculo circumcisionis, non .n. erat tunc circumcisio, aut lex Moysi ad salutem necessaria, sicuti modo est Baptismus, & Euangelium. Eidem tamen expetitio osculi per Incarnationem delibandi tribui potest, quoniam si qui inter gentes salutem consequebantur, non aliundè, quam ex meritis Christi futuri eam hauriebant.

Quæ ratione de Ecclesia in statu naturæ.

Quenam

Quænam sit Sponsa huius sacri Epithalamij primarium obiectum opinio propria.

EXCVRSIO VIII.

Humana Christi natura spõsa primaria.

1 ALlatas hucusque sponsas non reiecimus nos quidem, primarium tamen locum nulli earum dedimus, quem nobilissimæ omnium Sponsæ reseruauimus hæc autem meo iudicio, est singularis illa natura humana, quam Verbum Diuinum per vnionem hypostaticam assumpsit. Hanc sententiam appellem ne nouam, an veterem, communem, an singularem animi pendeo. Vetus n. ac communis videtur, quoniam & SS. PP. & aliorum expositorum plurimi de Incarnatione Diuini Verbi sponsæ votum exponunt. Noua verò, & singularis, quoniam aut Ecclesiam, aut animam, aut aliam ex supradictis esse sponsam volunt, cui etiam osculi expetitionem tribuunt. Vtcumque sit. Probatur hæc sententia quoniam inter Deum, & homines nulla datur coniunctio, & vnio maior, nulla altior, nulla amãtior, nulla admiratione, ac commemoratione dignior, quã hæc hypostatica; probabilissimum igitur est; vt de ea in hoc Cantico, quod omnium excellentissimum est, vt summum Dei amorem personat, agatur.

Confirmatur, quia per hanc vnionem dicitur Deus sibi desponsasse Ecclesiam, siue naturam humanam, atqui non est per hanc immediatè Deus vnitus, nisi illi naturæ singulari, quæ fuit in Christo, ergo si ratione illius censetur sibi desponsasse Ecclesiam, aut naturam humanam, multò magis id affirmandum est de peculiari illa natura, cui Deus intimè, & immediatè fuit vnitus.

Incarnatio per osculum designata.

2 Confirmatur secundo, quia optimè hæc vnio per osculum oris exprimitur, vt inter alios præclarè notat S. Ber. serm. 2. in Cant. dicens. *Fælix osculum, & stupenda digna-* S.Bern.

 tione

sione mirabile, in quo non os ori imprimitur, sed Deus homini vnitur. & ibi quidem contactus labiorum complexum significat, & animorum, hic verò vnio naturarum diuinis humana componit. & inferius. Ita ergo vetus querela sacrosanctum osculum, idest Incarnandi Verbi mysterium exigebat. Adde quod sicuti osculantes mutuò inter se quodammodo coæquantur, si.n. alter est maior se ipsum inclinat, qui autem minor se ipsum attollit, siue ab alio attollitur, vt altioris os contingat; Ita in hac hypostatica vnione altissimus Deus semetipsum demisit; & humanam naturam ex se humilem maximè eleuauit, vt hoc ei osculum impertiretur.

Præterea sicut in osculo osculantium spiritus sibi inuicem traduntur, & communicantur, & os ori coniungitur, ita per hypostaticam vnionem diuina communicantur homini, & humana Deo, & ora sibi copulantur, dum per communicationem idiomatum, quæ de homine dicuntur, aptantur Deo, & quæ de Deo effantur, homini ascribuntur.

Confirmatur tertio: quoniam huic vnioni multò magis connubij nomen, quam cuilibet alteri Dei cum Creaturis congruit. Est enim connubium vinculum quoddam, per quod arctissimè rationales substantiæ coniunguntur, ita vt ex duabus vnum quid fiat, iuxta illud *Iam non sunt duo, sed vna caro*, at per solam vnionem hypostaticam verè Deus, & homo, ita coniũguntur, vt sint vnus Christus, nec est alia vnio, aut arctior, aut firmior: per vnionem autem cum Ecclesia non fit Deus cum ea verè vnus, sed tantum metaphoricè neque vnio est indissolubilis, tum quia per partes re ipsa dissoluitur, tum quia etiam cum ipsa Ecclesia non est vnio ex se indissolubilis, sed tantum extrinsecè, ex prouidentia, & benignitate Dei.

Connubiũ quid.

Matt. 19. 6

3 Dices retorqueri posse contra nos argumentum. Nã per coniugium non fiunt duo verè, & propriè vnum, sed tantum metaphoricè, ergo coniugij rationem cum Deo magis participat Ecclesia, quę fit vnum cum eo metaphoricè, quam humana natura, quæ cum Verbo vnicam personam

Distinctio, & vnio quomodo in coniugio requirantur.

nam componit. Respondeo ad coniugium, & distinctionē & vnionem requiri illa antequam ineatur coniugium, hęc postea illa debet, esse realis, & vera, hæc requiritur tantū metaphorica, non quod realis repugnet, sed quia non sunt illius capaces coniuges, quod ergo illa reperiatur inter Verbum, & humanam naturam rationem coniugij nō tollit, sed perfectius reddit quoniam hæc vnio non confundit naturas vnitas, sed distinctas relinquit, consequenter in hac vnione, & in hoc coniugio est quicquid perfectionis in coniugio humano ratione, & distinctionis, & vnionis nubentium reperitur. Vnio ergo quæ naturas confundit, coniugio repugnat, non verò quæ distinctas eas relinquit. Vel si aliquatenus recederet à vera & propria ratione coniugij, esset per excessum. Cum è contra Vnio Ecclesiæ cum Deo videatur ex parte illius à ratione veri coniugij recedere per defectum, illud autē multò minus coniugio repugnat, & est magis desiderabile, & reddit ipsam vnionem plusquam coniugalem, & maioris amoris indicem, consequenter obiectum magis aptum, & congruum huic Canticorum Cantico, quod ad summum amorem Dei declarandum institutum fuit, & quia apud homines nullus est maior, quam inter sponsos horum similitudo adhibetur, non autem vt propria, & vera coniugij ratio inter Deum, & naturam humanam, siue Ecclesiam aut animam reperiri intelligatur.

Coniugij proprietates in Incarnatione.

4 Confirmatur quarto, Quoniam reliquæ quoque matrimonij conditiones, multo melius in hac vnione, quam in alijs cospiciuntur, si enim inter coniuges tituli, & dignitates, & diuitiæ omnes communes fiunt, hic inter Verbum, & humanam naturam sibi copulatam omnia sunt cōmunia, est.n. Christus homo verè Dominus, & Rex omniū creaturarum, eius operā ratione vnionis valorem habent infinitum, & de omnibus prout ei libitum fuerit disponere potest. Si etiam matrimonium ad liberos procreandos ordinatur, & per hanc vnionem *data est potestas filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius*, & ipse Christus *Pater futuri sæculi appellatur*.

Ioā.p. 12.

Duces

Filios spirituales generandi facultas quando in Christo Domino.

Dices potestas generandi filios spirituales pertinet ad meritum Christi, quod omne eius passione, non autem Incarnatione consumatum est, ergo in sua passione potius, quã in Incarnatione celebrauit nuptias. Resp. nuptias non esse principium proximum generandi filios, sed remotum; proximum, autem est consumatio matrimonij, siue copula matrimonialis, quamuis ergo demus incarnationem esse tãtum principium remotum generationis filiorum, & passionem proximam non hinc tollitur, quia in Incarnatione sint celebratæ nuptiæ, clarum est autem, virtute vnionis hypostaticæ ad generandos filios vim habuisse passionem, merito ergo nuptiarum nomen illi tribuitur. Præterea sicuti nuptiæ propter sponsos instituuntur, ad eas verò vocantur affines, & amici ipsorum. Ità cęlestes nuptię propter Christum paratæ sunt, & ad eas illi tantum admittuntur, qui eius affinitate ratione gratiæ, siue amicitiæ perfruuntur. Nemo.n. nisi per Christum est prædestinatus.

Anima, & corporis vnio similis matrimonio.

5 Confirmatur quinto, quia in natura optima similitudo matrimonij est vnio animæ, & corporis, qua vsus est etiam Apostolus, exhortãs enim viros ad vxores diligendas vtitur hoc exemplo dicẽs. *Nemo carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam.* Atqui Vnio hypostatica est quoque similima vnioni corporis, & animæ iuxta illud S. Athanasij *Sicut anima rationalis, & caro vnus est homo ità Deus, & homo Vnus est Christus*, & quamuis D. Paulus hanc eandem similitudinem Ecclesiæ adaptet, & merito, non ità tamen ei congruit sicut humanæ naturæ Christi. Hæc enim verè facta est vnum cum verbo sicuti anima, & caro sunt vnus homo; at verè Ecclesia non est vnum cum Christo, nisi metaphoricè, & moraliter.

Ad Eph. 5. 29.

S. Athan.

Vnio hypostatica omnium bonorum origo.

6 Confirmatur sexto, quoniam inter omnia mysteria, quę ab Ecclesia celebrantur, & à SS. summo desiderio exoptata fuerunt nullum est dulcius, nullum optabilius, nullum amabilius, nullum lætius, quam Incarnatio Verbi; hæc enim origo fuit, & fons omnium bonorum, & super omnia à PP. veteris testamenti expetita, atque à Deo pluries promis-

S.Io:Chrisost. & hom.2. in Matt. Matt.1. 1.

promissa. Quod optimè expressit S.Io.Chrysost. in breu. enarr. in Matt. Quærens enim cur S. Matt. Euangeliũ suum exordiatur dicens *liber generationis Iesu Christi*, cum nõ solum generationem, sed vniuersam prorsus carnis dispensationem cõtineat. *Resp. quia profectò totius dispensationis caput est, & bonorum principium, atque radix.* Cui concinit S. Gregor. Mag. in cat. S. T. dicens. *Ideo librum hunc generationis nominat quia hæc est totius dispensationis summa, & radix bonorum omnium Deum hominem factum esse hoc .n. facto, alia secundum rationem sequebantur.* Non ergo verisimile est, non fuisse aliquo perillustri cantico concelebratam, vel ergo hoc Epithalamio, vel alio si hoc, habemus, quod cupimus, si alio, ergo non hoc dicendum erit Canticum Cãticorum, sed illud corroboratur, quoniam de nuptijs cum Ecclesia cecinerat iam Dauid ps. 44. & forte 67. neque tamen dicitur composuisse Cantica Canticorum, ergo hoc, quod huiusmodi nomen meruit, solemniores nuptias credendum est explicasse; nullæ autem aliæ excogitari possunt præter has Verbi diuini cum natura humana; ergo hæ huius Epithalamij, verè argumentum fuerunt.

An de ea cecinerit Dauid.

Psal. 2.7. Psal. 109. 3. Psal. 131. 11.

6. Dices, de assũptione humanæ naturæ cecinit quoque Dauid vt psal. 2. *Ego hodie genui te*, & psal. 109 *Ex vtero ante Luciferum genui te*, & psal. *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*, neque tamen hos psalmos Cantica Canticorum nuncupauit. Respondeo in his psalmis non esse totum, nec præcipuum argumentum Incarnationis; sed obiter tantũ de ea sermonem fieri, ac proinde eximium hoc nomen Cantici Canticorum, non illis fuisse inditum.

Quæ de sponsa dicuntur optimè humanitati Christi cõgruũt.

Confirmatur septimo quoniam quæ de sponsa in hoc Sacro Hymenæo canũtur, adeò sunt eximia, adeò excelsa, adeò singularia, vt nulli, melius saltem, congruere, quam humanæ naturæ in Christo Verbo vnitæ videantur. Nam præter pauci penduntur quodammodo non solum adolescentulæ & concubinæ sed etiam Reginæ, idest animæ perfectissimæ. Item vocatur pulcherrima mulierum, idest omnium animarum, dicitur esse tota pulchra, & sine macula

asseritur

asseritur vulnerasse cor sponsi in vno oculorum, & in vno crine colli &c. Quæ licet aliquo modo Ecclesiæ, vel Beatę Virgini Mariæ aptari possint, non tamen cum æquali proprietate, ac Sanctissimæ humanitati Domini Nostri Iesu Christi. Ipsa .n. verè est omnium creaturarum longè pulcherrima, ipsa sine vlla macula, ipsa cuius oculi nutus; vel capilli motus ob hypostaticam vnionem infinitæ sunt dignitatis, & efficaciæ.

Angelicus Cantus congruit cum hoc Cantico.

7 Octauo, conuenit hæc etiam expositio optimè cum sensu historico huius Cantici, diximus enim non ab ipsis sponsis fuisse hoc Epithalamium prolatum, sed ab amicis præsentibus, & cantantibus, quod perbellè voces, & vota SS. PP. nobis repræsentat, qui summopere hanc hypostaticam vnionem auebant, & postulabant, non sibi tamen, sed naturæ illi singulari, cui Deus hoc priuilegium, & munus destinauerat; nec minus Angelorum Cantilenas in eius executione Deum laudantium, quorum voces tunc etiam ad hominum aures peruenerunt, cum ad eorum oculos Verbi Incarnati mysterium pertingere potuit. Nec eorum Canticum ab hoc nostro discrepat; duo .n. Angelici Cantici capita fuerunt, alterum quo gloria Deo tribuebatur, alterum quo pax hominibus promittebatur, quę duo etiam in Epithalamio nostro concinuntur. Pax .n. in osculo significatur, gloria verò in vnguentorum odore. De illo .n. inquit S. Paulus, *salutate inuicem in osculo Sancto*, de hoc idem ipse *Christi bonus odor sumus in omni loco*.

Ad Rom. 16.16. 1. Cor. 16. 20. 2. Cor. 2. 15. 1. ad Thes. 5. 25.

Vnio hypostatica cui optaretur à PP.

Dices, Patres non optabant humanitati alicui singulari vnionem hypostaticam, sed generi humano, vel Synagogę, vel Ecclesiæ aduentum Christi, & eius desponsationem, quæ erat ipsorum bonum propinquius, & finis vnionis hypostaticæ. Respondeo Patres optantes vnionem hypostaticam cũ humana natura non potuisse nõ eam optare alicui singulari naturæ, quia nec humanæ naturæ in communi, neq; omnibus, & singulis hominibus, aut pluribus tribuenda erat, sed vni tantum naturæ humanæ, quænam autem hæc futura esset, ipsi nesciebant, à Deo tamen prædestinatam,

tam,& prælectam nouerant, & hanc rogabant, vt assumeret iuxta illud *mitte, quem missurus es*. Quod verò ob proprium bonum, siue ob Dei gloriam aduentum verbi optarent,ad præsentem disputationem nihil refert. Crediderim tamen vtrumque obiectum sibi proposuisse.Quod verò dicitur desponsationem Ecclesiæ finem fuisse vnionis hypostaticæ non simpliciter admitto. Non .n.Christus prędestinatus est propter Ecclesiã,sed Ecclesia propter Christum,sed tantum, vt fuerit finis secundo loco intentus.

Ex. 4. 13.

8 Nono,desponsatio Ecclesię nil aliud est, quam participatio quędam connubij inter Verbum, & humanam naturam Christi,ergo si hoc connubium negatur,nec illa dici poterit desponsata Deo. Probatur antecedens ex D.Aug. in psal.44. vbi postquam dixit *Coniunctio nuptialis, Verbum, & caro est,infert. Assumpta est Ecclesia ex genere humano, vt caput esset Ecclesia ipsa caro Verbo coniuncta, & cæteri credentes membra essent illius capitis.* Eatenus ergo Ecclesia est sponsa,quatenus est membrum sub hoc capite, quare nisi hoc caput desponsatum esset, nec ipsa Ecclesia esset sponsa. Idipsum innuit S. Bernardus ser. 2. in Cant. dum notat postulari ab Ecclesia non osculum oris, hoc.n. inquit fuisse solius humanæ naturæ assumptæ, sed osculum osculi, idest de plenitudine eius accipere Concinit etiã Inn.3.*cap. Debitum de bigamis* vbi asserit. *Coniugium inter Christum, & Ecclesiam per Incarnationis mysterium fuisse contractum.* Atqui per Incarnationem verbũ per se,& primariò singulari naturę Christi,fuit vnitum,non potuit ergo per eam Ecclesia desponsari Christo, nisi quatenus vt est Christi mẽbrũ de hac Incarnatione,& cõsequẽter de eius despõsatione participat.

D. Aug.

Ecclesiæ desponsatio participatio est cõnubij Verbi cum natura hum.

S. Bernar.

Inn.

9 Glossa quoque in eodem cap. *Debitum triplex* inquit *sacramentum designatur in matrimonio carnali copula consumato. Primum est vnio fidelis animæ ad Deum per dilectionem, & charitatem. Secundũ est VNIO HVMANAE NATVRE AD DEVM, quæ facta est in vtero Virginali per Incarnationem Verbi Dei. Tertiũ Sacramentum est vnitas Ecclesiæ ex omnibus gentibus collecta, & vni vero Christo subiecta.* Hinc argumentor,inter

Triplex Sacramentum in matrimonio.

 hæc

hæc Sacramenta illud habet maiorem rationem coniugij, ex quo indissolubilitas matrimonij oritur, sed oritur ex secundo non autem ex primo, neque ex tertio; ergo. Quod non ex primo patet, quia non est inseparabilis vnio animæ cum Deo, quod neque ex tertio probatur, quoniam ante Incarnationem, quamuis etiam Deus sibi desponsasset Synagogam, sicuti & modo Ecclesiam, non propterea erat indissolubile matrimonium, prout est modo.

Non adeò tamen plana est hæc expositio, vt nullus nobis opponatur obex, erit igitur argumentorum, quæ illi opponuntur solutione pro virium nostrarum exiguitate explananda.

Argumento ex S. Gregorio contra nostram explicationem satisfit.

EXCVRSIO IX.

S. Gregor. Magnus dupliciter nos premit.

I EXplicans hic summus S. Pontifex Sanctitate, & doctrina verè magnus parabolam, in qua Matt. 22. dicitur Rex nuptias fecisse filio suo, attulit primo loco hanc nostram doctrinã, & inquit hom. 38. in Euang. *Tunc Deus Pater Deo filio suo nuptias fecit, quando hunc in vtero Virginis humanæ naturæ coniunxit*, sed postea hanc expositionem non approbare videtur subiungens; *Sed quia ex duabus personis fieri solet ista coniunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, vt personam Dei & hominis Redemptoris nostri Iesu Christi ex duabus personis credamus vnitam. Aptius igitur atque securius dici potest, quia in hoc Pater Regi filio nuptias fecit, quando ei per Incarnationis mysterium Ecclesiam sociauit.* Duplici igitur nos onere premit hic Sanctus, auctoritate, quæ maxima est, & ratione quæ contemnenda non est. Vtrique tamen satisfacere conabor.

Matt. 22.

S.Gregor.

2 Et ratione quidem non perterreor. Quoniam si nuptiæ

non

non nisi inter personas diuersas contrahi, aut metaphoricè accipi nequirent. Neque cum Ecclesia, neque cum Anima dici posset Incarnatum Verbum contrahere nuptias, licet n. Ecclesia ex multis personis constet, ipsa tamen non est persona: Anima verò non solum persona non est, sed nec etiam ex personis constat, rectè tamen dici ipsam contrahere cum Deo nuptias nemo inficias iuit, & fauet Aristot. dictum, quod materia appetit formam, sicuti fœmina virum, cum tamen materia ex grauissimorum virorum sententia existentia quoq; careat.

An ad cõiugium persona necessaria.

2. Immò ex eo quod vna tantum persona est in Christo, merito argumentamur perfectissimam, & arctissimã fuisse vnionem hypostaticam Verbi cum natura humana, & quo perfectior, & arctior est vnio, eo perfectius est coniugium, quo coniuges vna caro efficiuntur, tantum igitur abest, vt vnitas personæ in Christo, coniugio Verbi cum humana natura officiat vt potius ipsum magis perfectum reddat, consolidet, & corroboret, sicuti si ex viro, & muliere vna tantum persona componeretur, quis non id coniugium perfectissimum appellarit? Confirmatur quoniam carentia personæ in humana natura non aliunde prouenit, quã ex vnione cum persona diuina. Illud igitur, quod ad vnionem melius perficiendam adinuentum est, non debet esse impedimento, quin illa vnio nomine coniugij, quod inter omnes vniones humanas est firmissimum, & perfectissimum vinculum nobilitetur. Hæc igitur quoad argumenti vim.

Vnio Hypostatica perfectissima.

Verum ad autoritatem S. Gregorij quid dicemus? Resp. primo non esse contra nos. Nam reuerà non improbat ipse quas ponimus nuptias inter Verbum, & humanam naturã, sed illis præfert nuptias cum Ecclesia, non quod hę sint præstantiores, aut veriores, sed quia à periculo hæresis magis sunt remotæ.

Cur nuptia cum Ecclesia à S. Gregorio magis laudata

Hæreses, n. adeo auersabantur SS. PP. vt non ipsas tãtum, sed etiam omnia, quæ cum illis aliquam affinitatem, aut propinquitatem habere videbantur, horrerent. Ne igitur in hęresim Nestorij, quæ paulò ante exorta erat, incideremus

deremus hanc explicationem nuptiarum, quæ videri poterat ei fauere vitandam existimauit S. Greg. Cum verò modò hæresi illa damnata, & cum suo autore sepulta periculum ex nuptijs Verbi cum humana natura de duabus personis in Christo confingendis euanuerit, fortassis non vitaret modo, si viueret huiusmodi interpretationem S. Pontifex, sicuti multi alij SS.PP. & DD. non euitarunt.

Alij Patres nobiscum.

Vt S. Cyrillus in catena Corderij Io. 2. scribens *Descendit à Cælo Verbum Dei vt naturam humanam sibi quasi SPONSAM ASSVMENS spiritualis semine sapientiæ fæcundam redderet.* Quam sententiam *Seuero* quoq; Antiocheno tribuit P. Maldon. in idem cap 20. S. Cyril.

S. Augustinus in psal. 44. v. 1. *Coniunctio nuptialis Verbum & Caro. Huius coniunctionis thalamus Virginis vterus. Etenim caro ipsa Verbo est coniuncta, Vnde etiam dicitur. Iam non duo, sed vna caro*, & tract. 8. in Ioan. *VERBVM EST SPONSVS, ET SPONSA CARO HVMANA.* & in or. cõtra Iud. Pag. & Ar. c. 10. *In vtero*, inquit, *Virginali spiritales nuptiæ celebratæ sunt Deus coniunctus est carni, & caro adhæsit Deo &c.* Eusebius Panaphilus, siue Athanasiana Synopsis, *liber autem hic* (de Cantico loquens) vnũ *coniugiũ verbi canit*, & *CORPORIS*. S. August.

3 D. Method. orat. de Castit. in Bibilior. Photij. *Posset quis SPONSAM dicere CARNEM esse intemeratam Domini, cuius causa Patrem deseruit, & in terram huc descendit, illique per Incarnationem copulatus est. Hinc figurate illam columbam appellauit, quod animal sit cicur, & sub tectis degens, conuictuque hominum delectetur.*

S. Bruno lib. de ornam. Ecclesiæ cap. 2. *Processit igitur tamquam sponsus de thalamo suo, quia non solus, sed coniugatus de Virginis, vtero exiuit. In quo videlicet vtero Dei filius nuptias fecit VXOREM DVXIT; & priusquam nasceretur, HVMANITATEM NOSTRAM SIBI CONIVNXIT.*

Glossa ordinaria super illud psal. 18. Et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo *in hoc thalamo, idest in vtero Virginis Deus* inquit, *HVMANAE NATVRAE, VT SPONSVS SPONSAE copulatus est*, quod magis explanans Psal. 18.

Vgo

Vgo Car. Hester. 2. d.

Vgo Card. ait. *Hoc est matrimonium Assueri & Hester. Assuerus interpretatur Beatus, & signat Deum. Hester exaltata, & significat humanã naturã. In cuius persona potest dici illud ps. 72.* Et cum gloria suscepisti me; *Vnde quidam dixit. Maritari non potuit caro gloriosius. Hoc etiam significatum fuit Gen. cap. 28. a. vbi dixit Isaac Iacob filio suo.* Noli accipere coniugem de genere Chanaam, sed proficiscere in Mesopotamiam Syriæ ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe tibi in vxorem de filiabus Laban auunculi tui. *Hæc sunt verba Dei Patris ad filium. Chanaam interpretatur possidens domum & signat Angelos, qui in cœlesti domo semper assistunt Domino. De quorum genere noluit Deus Pater, vt filius acciperet vxorem, idest eorum naturam Heb. cap. 2. d. Nunquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Mesopotamia interpretatur eleuata, & Syria sublimis, & significat humanam naturam, quæ eleuata fuit, vt dictum est, in Incarnatione, sed non ad quemcumque, sed ad domum Bathuelis mittitur, idest ad B. Virginem. BATHVEL .n. Virgo Dei interpretatur. Et ibi accepit vxorem de filiabus Laban; qui interpretatur cãdidatio, idest, carnem de purissimis, & mundissimis sanguinibus Beatæ Virginis.*

Gen. 28. 1.

Ad quem psalmi locum respiciens S. quoque Proclus Patriarcha Constantinopolitanus, & S. Io: Chrysost. discipulus orat. in Natiu. Christi in Conc. Ephesino habita tom. 6. Conc. c. 7. de B. V. loquens *Hæc est thalamus*, dixit *in quo Verbum humanam carnem sibi DESPONSAVIT*. B. Amædeus hom. 3. de laud. Mariæ. *Descendit*, ait, *Verbum in vterum Virginis, vterum impollutum, immaculatum, consacratum manu vnctionis diuinæ. Ibi carni nostræ copulatum, naturæ associatum impleuit sacratissimum, & secretissimum, Sacramentum, vt essent duo in carne vna, & vno contubernio fruerentur.* B. Laurentius Iustin. lib. de casto connubio cap. 9. *Verbum*, ait, *sponsus, caro sponsa, Virginalis vterus thalamus.*

S. Thom. 3. p. qu. 30. art. 1. *Congruum fuit*, inquit *B. Virginem annunciari, quod esset Christum conceptura, vt ostenderetur esse quoddam SPIRITVALE MATRIMONIVM inter filium Dei, & humanam naturam.* Denique Sherlogus, qui alterius senten-

sententiæ sectator est, frequenter hunc modum loquendi vsurpasse PP. fatetur, ait .n. vestig. 3. sect. 1. n. 7. *Quippe Verbum Incarnando, velut matrimonium iniisse, cum humana natura Sanctorum Doctorum non infrequens vox est.*

4. Id ipsum ego ex modo loquendi S. Greg. & aliorum PP. colligo asserunt .n. per Incarnationis mysterium nuptias cum Ecclesia filium Dei contraxisse. At quomodo? percunctor ego. Nunquid Incarnatio habuit pro termino Ecclesiam? nequaquam alioqui tota Ecclesia vnita fuisset hypostaticè cum Verbo. Quomodo ergo? Procul dubio mediatè media .s. humana Christi natura, cuius ipsa est membrum, vt rectè aduertit S. Aug. excurs. antecedenti citata, cui subscribit quoque S. Bernardus ibidem adductus argumento nono.

Per incarnationem quarendo desponsata Ecclesia.

Si ergo per Incarnationē id est media humanitate Christi cuius ipsa censetur membrum est Ecclesia desponsata filio Dei, multo magis desponsata erit ipsamet Christi humanitas, si enim medio Petro ego traho Paulum, multo magis traho Petrum.

Ecclesia media Incarnatione Christo desponsata.

Confirmatur, quia Ecclesia secundum se non est vnita filio Dei, nisi per gratiam, & desponsata dicitur per Incarnationem, ergo hoc ei conuenit, quatenus desponsationem Christi participat.

Confirmatur secundò quoniam indissolubilitas coniugij cum Ecclesia ex indissolubilitate Incarnationis prouenit. Cum Synagoga .n. non ità indissolubile contractum est matrimonium quia Incarnationem præcessit, sicuti neque tunc erat indissolubile matrimonium humanum, neque nunc est omnino indissolubile matrimonium ratum tantū, quia non significat connubium per Incarnationem, sicuti matrimonium consumatum, vt aduertit Inn. 3. c. debitum de bigamis, nec minus fauet Glossa vt supra vidimus.

Vnio indissolubilis cū Ecclesia vnde proueniat.

Inn. 3.

Dices aliud esse Ecclesiam despōsatam Deo, aliud nuptam esse Christo, quo ad illud autem procedere argumentum cum Christus mediator sit Dei, & hominum, non autem quo ad hoc, quia Christus immediate Ecclesiæ nupsit.

Christus an immediate Ecclesia nupserit.

sit. Resp. Ecclesiam esse quoque Christo vnitam media ipsius humanitate, per hanc enim factus est Christus similis nobis; alioqui non diceretur Ecclesia Christo nupta per Incarnationis mysterium. Dicitur autem immediatè nupta Christo idest non mediante aliquo extrinseco, sed mediatè. s. media humanitate intrinseca. Saltem, dices, ipsi humanitati vnita est Ecclesia immediate omnino; concedi potest, sed cum non dicatur Ecclesia humanitati nupta, nihil nobis officit.

5 Occurres, humanitas Christi est medium, *QVO* Verbum desponsatur Ecclesiæ, non medium *QVOD* sicuti etiã anima Christo fuit medium, quo Verbum est hypostaticè vnitũ corpori, non medium quod quia Verbum vtrique parti est immediate vnitum. Nec Ecclesiæ sponsus Vir, & caput est Verbum, sed Christus. s. Verbum in humanitate subsistens. At vnde probant humanitatem Christi esse medium, quo & non quod? Si tantum esset medium quo. Verbum esset immediate vnitum Ecclesiæ, & magis quam humanitati Christi, medium. n. quo nec tollit immediationẽ neque est terminus vnitus. Neque exemplum de vnione cum anima, & cum corpore videtur ad rem. Non. n. anima est medium aut quo, aut quod vnionis Verbi cum corpore; non (quo) quoniam Verbum nõ per animam vnitur corpori, neque (quod) quia immediate Verbum est corpori vnitum, quod si anima esset medium quo, aut quod; separata anima à corpore fuisset quoque ab eodẽ separatũ Verbũ.

Humanitas Christi an mediũ quo, vel quid.

Ad instantiam quod non Verbum præcise sumptum est Ecclesiæ sponsus, sed Christus. s. Verbum in humanitate subsistens: Dico hoc meæ sententiæ suffragari, hinc enim sequitur, quod desponsatio Ecclesię, desponsationem Verbi cum humanitate supponat. Quod etiam ex metaphora de capite comprobatur: Dicitur. n. Christus caput Ecclesiæ, sicuti etiam Vir caput mulieris, & caput Christi Deus, sicuti ergo est Christus caput Ecclesiæ; & Christi caput Deus, ita & Ecclesiæ est sponsus Christus; & Christi ratione humanę naturę sponsus Deus, quod Cant. 7. 6. indi-

Non Verbũ præcisè sed Christus Ecclesiæ sponsus.

cari

cari nobis videtur, dum dicitur. *Coma capitis tui sicut purpura regis vincta canalibus*, siue vt Hebræi legunt *Rex vinctus in canalibus*, quibus in Verbis ex Hebræorum doctissimis P. D. Ignatius Landrianus longè illis doctior colligit de Incarnationis mysterio sermonem esse, & vult esse sensum, Deum, nempe Verbum diuinum sapientiam æternam vinctam capillis, & ligatam fascijs humanitatis nostræ.

P. Landr. in Virg. partu in prou. 30. v. 18. sect. 3. c. 3.

Nonullæ aliæ difficultates explanantur.

EXCVRSIO X.

Qvemadmodum non leones, aut tygrides nos terrent tantum, sed etiam pusilla quædam animalia negotium nobis facessunt; Ita alicui sententiæ non irrigentia tantum argumẽta sũt timenda, sed leuiores quoque obiectiones non sunt parui pendendæ, tales ergo licet mihi videantur, quæ sequũtur opere pretium existimaui eis quoque occurrere.

An Christus in nostra sententia sit spõsus.

Obijci igitur secundo potest si vera esset nostra sententia, sequeretur Christum non esse sponsum, de quo in hoc Epithalamio canitur contra omnium catholicorum sensũ. Probatur illatio, quoniam Christi nomen complectitur, & diuinam personam, & humanam naturam, at humana eius natura iuxta nostrum placitum est sponsa, nõ autem sponsus, ergo Christus Dominus non est sponsus. Respondeo immò per nostram sententiam Christus Dominus, & sponsus, & sponsa est iuxta illud Haiæ. *tanquam sponsum decoratum corona, & tanquam sponsam ornatam monilibus suis*. Præterea ita à nobis hæc nostra sententia laudata est, vt tamen communis quæ de Christo, & Ecclesia hoc Epithalamium intelligit non sit reiecta, quare etiam hac ratione Christus erit in hoc Epithalamio sponsus.

Isai. 61. 10.

Sicuti etiam in ipso Incarnationis mysterio non vnica tantum

tantum desponsatio cōtingit, sed plures, vt optimè adnot. 43. in cap. 1. Lucæ explicuit Card. Toletus, cuius verba etsi longiuscula, quoniam meæ sententiæ maximè consona sunt, hic referam: *In hoc mysterio*, inquit ipse, *celebranda erāt tria sponsaliorum genera. Primum est inter Deum Patrem, & Beatissimam Virginem; desponsauit enim eam sibi, & qui filium generauit ab æterno Deum, ex ea in tempore genuit hominem, dicitur namque paulò post: Virtus altissimi obumbrabit tibi. Vnde Augustin. ser. 14. de Natali Domini, Beatam Virginem appellat sponsam Dei. Alterum inter filium Dei, & naturam humanam; Vnio enim Verbi æterni cum humanitate sponsaliorum speciem quandam refert, & vterus Virginis ea de causa thalamus dictus est Psal. 18. Ipse tanquam sponsus de thalamo suo. De his nuptijs scriptum est Cantic. 3. Videte filiæ Sion Regem Salomonem cum Diademate, quo coronauit illum Mater sua in die desponsationis illius. Tertium fuit inter Christum, & Ecclesiam Euangelicam quā sibi in fide, & charitate spondebat; Beatissima ergo Virgo in his sponsalitijs consensum præbuit nomine proprio, tanquam sponsa Patris, & nomine naturæ humanæ de sua carne assumendæ, nomine etiam Ecclesiæ, vt præcipuum, & primum membrum eius.*

Card. Tolet.

Tria desponsationū genera in Incarnatione.

Luc. 1.

Psal. 18.

Cant. 3.

Tertiò Obijcitur: Nunquam humana Christi natura à persona diuina seiuncta extitit. Ergo non potuit vnquam vnionem exoptare, aut ambire, sicuti neque ipsa experiri, aut ambiri potuit. Respondeo si à nobis introduceretur loquens sponsa, & sua vota, & suspiria proferens, magnum profectò exhiberet nobis negotium hæc oppositio; At hæc nos decantari ab amicis volumus, qui has nuptias maximè expetiuerunt, atque vt gaudium, & fœlicitatem sponsæ explicarent, eius nomine, hæc vota exprimere potuerunt; quod solere Epithalamiorum auctores supra ostendimus.

Humana Christi natura an has experierit nuptias.

2 Peractis nuptijs celebritas connubij terminatur, ad vltimum .n. actum, in dramatibus illę spectant, quare ipsis celebratis nihil est amplius ab auditoribus expectandum. At in sententia nostra in primo Cantici versu nuptiæ describuntur, ergo omnia, quæ sequuntur superflua sunt, nec

An quæ sequuntur post nuptias superflua.

opportunè posita, nec ad nuptias, aut ad Epithalamium spectant. Respondeo, quod sicuti in Baptismo eius substantia paucis verbis perficitur, adduntur tamen ad eius decorem, & solemnitatem preces multæ, & cerimoniæ ab Ecclesia institutæ, quare non semel tantum euenit, vt baptismus domi, & secreto tribuatur, ac deinde solemnitates publicæ adhibeantur. Ita quoque in matrimonio eius essentia in coniunctione, & mutua traditione sponsorum posita est. Nuptiæ vero, conuiuia, Cantus, & pompa traductionis sponsæ in domum sponsi solemnitates sunt, quæ peractum matrimonium consequuntur. Quamuis igitur concedamus coniugium à nobis expositum in primo versu Canticorum sufficienter explicari, reliqua adiungi potuerunt, tamquam nuptiarum solemnitates, & sponsæ traductionem in sponsi domum concomitantes.

Respondeo secundo. Respondeo secundo in dramatibus, quæ per actus diuiduntur, & in scenis aguntur, locum habere argumentum, non autem in Epithalamijs. In illis .n. narratio, siue fabula texitur, quæ amantes per varios casus ad optatas nuptias tandem perducit in his gaudia, & blandimenta sponsorum, ipsorumque laudes describũtur, illa pugnam, in qua diù ancipiti fortuna certatur vsq; ad victoriam referunt, hæc de superatis fœliciter hostibus ab ipsis sponsis lœtum triumphum canunt. De illis ergo meritò dicitur, quod peractis nuptijs terminantur. Hæc contra ab ipsis potius nuptijs exordium sumunt. Cum igitur Epithalamium velimus hic decantari, non autem fabulam recitari contra nos argumentum non militat.

Respondeo tertio in primo versu huius Epithalamij peti quidem coniugium, siue traductionem in domum sponsi, & thalami consortium, non tamen explicari tamquam obtentam.

An supponatur in carmine coniugium. 3 Dices, si contractum non supponitur coniugium, ergo Epithalamium non erit hoc Canticum; si supponitur, falsa nostra responsio, & frustra coniugium appetitur. Respondeo supponi, & non supponi, supponi à Canente

Poeta

Poeta (dato quod hic præsens canat) non supponi à carmine. Poeta .n. scit contractum coniugium, ac propterea hymæneum modulatur; sed ita carmina confingit, ac disponit, vt initio carminis sponsos non copulatos, sed ad nuptias anhelantes repræsentet, & hoc est non supponi à carmine. Si loquamur autem de Poeta, vt Propheta, & has nuptias præoptante, adhuc dico esse Epithalamium hoc carmen, quia ad nuptias quæ certo futuræ præuidebantur refertur.

Quinto obijcitur. Non petit sponsa oscula ab ore, sed ab osculo oris, ergo non à Verbo oscula petit humana natura, sed ab Incarnato iam Verbo postulat Oscula Ecclesia. Est hæc illatio Doctoris mellifiui, qui ser. 2. in Cant. ita loquitur. *Nec sanè præsumo me osculatum iri ab ore ipsius (est .n. hoc assumpti hominis vnica felicitatis, & prærogatiua singularis) sed humilius ab osculo oris sui peto me osculari quod commune est vtique multorum & infra Sit osculans Verbum assumens, osculatum caro quæ assumitur, osculum vero quod pariter ab osculante & osculato conficitur persona ipsa ex vtroque compacta mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus.*

Osculari osculo qd sit.

S. Bernar.

4 Respondeo si literam spectemus nullius roboris esse argumentum. Nam vt testatur hic Sanctius Hebræorum more indicat tantum ista coniugatorum copulatio vim aliquam, certitudinem, affectum &c. iuxta rei, de qua loquimur naturam, vt occisione occisus Morte morieris. Plorãs plorabit, Visitans Visitabo. Memoria memor ero. Zelo zelatus sum &c. Vt igitur vehementem affectum, quo osculari sponsa efflagitabat, ostenderetur dictum est. *Osculetur me osculo oris sui.*

Coniugatorum verborum copulatio qd apud Hebræos.

Ad auctoritatem autem S. Bernardi. Dico ipsum ex abundantia ingenij, quo pollebat multiplices expositiones afferre, inter quas etiam hanc de duplici osculo oris & osculi oris, quare ita hanc approbat, vt tamen non excludat cæteras. Dico secundo sicuti de osculo duplici in eius expositione fit mentio, ita etiam vtrunque expeti, & Incarnationem, s. & media Incarnatione coniugium cum Eccle-

sia, quod expositionem nostram adiuuat potius, quam labefactet.

Dauidis Epithalamium de Ecclesia.

Sexto obijcies. Ex Dauidico Epithalamio de Salomonico iudicium ferre possumus, verisimile .n. est filium parentis vestigia fuisse secutum. At parens Dauid Epithalamium canens psal.44. de nuptijs Christi cum Ecclesia agit, non autem de connubio Verbi cum humana natura, ergo idem de Epithalamio filij Salomonis dicendum videtur. Respondeo retorqueri posse argumentum. Nam sicuti facilè est inuentis addere, ita non mirum si ad decantata à Patre addere aliquid voluit filius, qui illo non minus sapiens fuit, cumque Dauid psal.44. canticum appellauerit, valdè est verisimile aliquid altius, & mirabilius canere voluisse Salomonem, dum Epithalamium suum Canticum Canticorum appellauit. Nuptijs autem Christi cum Ecclesia nihil potest excogitari maius vnione Hypostatica Verbi cum natura humana.

Cur eructasse se diceret Rex Propheta.

5 Concinit, quod Card. Bellarm. in hunc psalmum acutè aduertit Vsum esse Prophetam vocabulo eructandi, vt ostenderet se non omnia, quæ Deo illustrante cognouit in hoc psalmo expressisse, sed modicum quid ex illa plenitudine protulisse. Ructus .n. signū est repletionis, sed est exiguus flatus ab illa repletione foras erumpens. At verò Salomonem Prou. 30. 1. vocat se ipsum filium vomentis, idest vt ibidem explicat doctissimus Salazar *Vir abundans vomitu.* Non igitur mirandum si longè plura vomens protulit, quam eructans tantum.

Card. Bel. larm.

Prou. 30. 1. Salazar.

Cur Salomon vomens.

Notat præterea Card. Bellarm. Deum his verbis ita descripsisse emanationem huius verbi ex corde Dauidis, vt alluserit ad productionem Verbi æterni, & voluerit nos quasi manuducere ad intelligentiam generationis æternæ Verbi Diuini, de qua etiam D. August. hæc Verba tanquā à Deo Patre prolata intelligit. Quare non video, cur etiam dicere non possimus, generationem temporalem eiusdem adumbratam in verbis sequentibus fuisse; illis videlicet. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis,* filius enim in sinu Pa-

Verbi generatio indicata ps. 44.

S. August.

Psal. 44. 2.

nu Patris fuit tanquam Verbum in corde, carne verò indutus, tanquam Verbum voce prolatum, aut calamo exaratũ, & probabile est ab æterna generatione, quam primis psalmi verbis indicari voluit S. Augustinus, non transisse Prophetam ad eius nuptias cum Ecclesia, nisi memorata, vel minimum, subintellecta generatione temporali.

S.August.

Preterea non pretermissas has nuptias in eo psalmo notat S. August. cuius verba supra retulimus, quibus, & hæc addit. *Vis videre, quis venerit ad nuptias? In principio erat Verbum &c.* Explicans verò, quomodo Ecclesia sit sponsa, quoniam, scilicet huic capiti, tamquam eius membrum, est coniuncta, *Assumpta est inquit Ecclesia ex genere humano, vt caput esset Ecclesiæ ipsa caro Verbo coniuncta, & cæteri credentes membra essent illius capitis.* Quare desponsatio Verbi cum carne, vel non fuit penitus à Propheta in hoc psalmo prætermissa, vel si prætermissa, tanto magis ab eius filio omitti non debuit.

Quæ de sponsa à Salomone dicuntur an Naturæ humanæ in Christo cõgruant.

6 Septimum quo maximè in discrimen adducitur nostra sententia est. Permulta quæ de sponsa; siue ad sponsam in hoc Epithalamio dicuntur, non videri congruenter humanitati Christi posse aptari, vt quod ipsa ignoret vbi eius dilectus recumbit, cum ab eo nunquam separata fuerit, & quod ei ignorantia quodammodo obijciatur, & ad hædos pascendos emittatur illis verbis. *Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum &c.*

Cant. 1. 8.

Huic argumento vt cumulatissimè satisfaceremus, oporteret hoc totum sacrum Epithalamiũ explicare, Verum, & nostri instituti fines longè egrederemur, & viribus nostris non adeo fidimus, vt ad id dignè præstandum post tot præclarissimos Interpretes spes nos impellat. Duas tamen regulas generales afferam, quibus fortassè difficiliora loca, ità vt nostræ sententiæ non officiant, explicari poterunt.

Tribuitur capiti quid cõuenit corpori.

Prima regula, & apud patres vulgatissima est, vt multa Christo ascribantur ratione fidelium, quorum ipse est caput tanta enim est membrorum, & capitis connexio, &

amor

amor vt sibi imputet caput quæcumque membris suis accedunt. Nam si quis alicuius præmat pedem, conqueritur eius caput, dicens, cur me premis? me inquam, non pedes meos hac enim ratione dixit Domin. *Saulo. Saule, Saule cur me persequeris?* vt notat S. August. & in iudicio: *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*, Est autem aptissimum exemplum, quod affert S. Eucher. quæst. in Isaiam in illud cap. 61. 10. *Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Nam quomodo*, inquit, *idem sponsus, & sponsa?* & respondet. *A capite ad corpus transitum facit ad Eph. 5. 23. Caput enim Christus est, corpus Ecclesiæ, sed tamen vtrumque constat esse in Christo.* Quæ igitur Christo, vt capiti, & ratione sui non congruere videbuntur, quatenus corpus habet, & ratione suorum membrorum ipsi ascribi poterunt.

Christus sponsus, & sponsa.

Act. 22. 7. S. Eucher. Isai. 61. 10.

7 Altera regula ex Poetica desumitur. Nam vt ait Horatius.

Pictoribus, atque Poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Horat.

Poetis igitur multa fingere licet, quæ nunquam fuerūt, neque sunt, vt ea, quæ sunt, facilius, & efficacius intelligantur. Ita Dauid psal. 113. montes exultantes fingit. *Montes exultastis, sicut arietes, & colles sicut agni ouium*, & Ps. 95. *Tunc exultabunt omnia ligna syluarum.* Nec Poetę tantum his fictionibus vtuntur, sed etiam aliquando Oratores. Immò & veritatis Magister ab istis non abstinuit. Nam in historia Epulonis fictus, & parabolicus est Dialogus inter Abraham, & diuitem, neque ob id mendacij est insimulandus, quoniam non tam ea quę dicuntur, quam propter quę dicuntur consideranda, & expendenda sunt.

Fictiones quibus liceant.

Ps. 113. 6. Ps. 95. 12.

Ita ergo, & in hoc Salomonis Epithalamio, quod etiam fabula, vt notat Sherlogus, à multis appellatur, nonnulla fingi asserere possumus, vt per ea magis exprimātur affectus mutui inter sponsum, & sponsam; sed vt lectori aliquē gustum nostræ expositionis demus. Age, explicemus iuxta nostram sententiam allatū Cantici locū. *Indica mihi &c.*

Cant. 1. 7.

Primo

mi Patris fuit tanquam Verbum in corde, carne verò indutus, tanquam Verbum voce prolatum, aut calamo exaratũ; & probabile est ab æterna generatione, quam primis psalmi verbis indicari voluit S. Augustinus non transisse Prophetam ad eius nuptias cum Ecclesia, nisi memorata, vel minimum subintellecta generatione temporali. Præterea vt infra. Quare desponsatio Verbi cum carne, vel non fuit penitus à Propheta in hoc psalmo prætermissa, vel si prætermissa, tanto magis ab eius filio omitti non debuit. Septimum infra.

Preterea non pretermissas has nuptias in eo psalmo notat S. Aug. cuius verba supra retulimus, quibus & hæc addit. *Vis videre, quis venerit ad nuptias? In principio erat Verbum &c.* Explicans verò quomodo Ecclesia sit sponsa, quoniam, inquit huic capiti tanquam eius membrum est coniuncta. *Assũpta est inquit Ecclesia ex genere humano, vt caput esset, Ecclesia ipsa caro Verbo coniuncta, & cæteri credentes membra essent illius capitis.* Quare vt supra.

S. Aug.

6 Septimum quo maximè in discrimen adducitur nostra sententia est. Permulta quæ de sponsa, siue ad sponsam in hoc Epithalamio dicuntur, non videri congruenter humanitati Christi posse aptari, vt quod ipsa ignoret vbi eius dilectus recumbit, cum ab eo nunquam separata fuerit, & quod ei ignorantia quodammodo obijciatur, & ad hædos pascendos emittatur illis verbis. *Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum &c.* Huic argumento vt cumulatissimè satisfaceremus, oporteret hoc totum sacrum Epithalamiũ explicare; Verum, & nostri instituti fines longè egrederemur, & viribus nostris non adeo fidimus, vt ad id dignè præstandum post tot preclarissimos Interpretes spes nos impellat. Duas tamen regulas generales afferam, quibus fortasse difficiliora loca, ità vt nostræ sententiæ non officiant, explicari poterunt.

Quæ de sponsa à Salomone dicuntur an Naturæ humanæ in Christo cõgruant.

Cant. 1. 8.

Prima regula, & apud patres vulgatissima est, vt multa Christo ascribantur ratione fidelium, quorum ipse est caput tan-

Tribuitur capiti quod conuenit corpori.

put tanta non est membrorum, & capitis connexio, & amor, vt sibi imputet caput quæcumque membris suis accedunt. Nam si quis alicuius præmat pedem conqueritur eius caput, dicens, cur me premis? me inquam, nō pedes meos hac in ratione dixit Dom. *Saulo. Saule, Saule cur me persequeris?* vt notat S. Aug. & in iudicio. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Est autem aptissimum exemplum, quod affert S. Eucherius quæst. in Isaiam in illud cap. 61. 10. *Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Nam quomodo,* inquit *idem sponsus, & sponsa?* & respondet: *A capite ad corpus transitum facit ad Eph. 5. 23. Caput enim Christus est, corpus Ecclesia, sed tamen vtrumque constat esse in Christo.* Quæ igitur Christo, vt capiti, & ratione sui non congruere videbuntur, quatenus corpus habet, & ratione suorum membrorum ipsi ascribi poterunt.

Act. 22. 7.

Christus sponsus, & sponsa.

S. Eucher.

Isai. 61. 10

7 Altera regula ex Poetica desumitur. Nam vt ait Horatius

> *Pictoribus, atque Poetis*
> *Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.*

Horat.

Poetis igitur multa fingere licet, quæ nunquam fuerūt, neque sunt, vt ea, quæ sunt, facilius, & efficacius intelligantur. Ita Dauid pfal. 113. montes exultantes fingit. *Montes exultastis, sicut arietes, & colles sicut agni ouium,* & Psal. 95. *Tunc exultabunt omnia ligna syluarum.* Nec Poetę tantum his fictionibus vtuntur, sed etiam aliquando Oratores. Immò & veritatis Magister ab istis non abstinuit. Nam in historia Epulonis fictus, & parabolicus est Dialogus inter Abraham, & diuitem, neque ob id mendacij est insimulandus, quoniam non tam ea quę dicuntur, quam propter quę dicuntur consideranda, & expendenda sunt.

Fictiones quibus licent.

Ps. 113. 6.
Ps. 95. 12.

Ita ergo, & in hoc Salomonis Epithalamio, quod etiam fabula vt notat Sherlogus à multis appellatur, nonnulla fingi asserere possumus, vt per ea magis exprimātur affectus mutui inter sponsum, & sponsam, sed vt lectori aliquē gustum nostræ expositionis demus. Age, explicemus iuxtà nostrā m sententiam allatū Cantici locū. *Indica mihi &c.*

Cant. 1. 7.

Primo

Primo quo ad historicū sensum, deinde, quo ad spirituale.

Locus Cãtici exponitur historicè.

5 Quo ad sensum historicum igitur omissis aliorum expositionibus, suppono ego in mea proferri hæc verba ab amicis canentibus, in persona tamen sponsæ, quæ suum dilectum presentem alloquatur, vtque ei, quantum suo conspectu, & consortio gaudeat, & delectetur declaret, fatetur se nunquam velle, si possibile sit, ab eius latere diuelli. Quærit ergo, vt indicet ei saltem vbi pascat, vbi cubet in meridie, cum .n. vbicunque sit, & ipsa esse firmiter statuerit, si mansionem eius nesciat, vagari cogetur post aliorum Pastorum greges. Cui nomine sponsi respondetur. Nisi te ipsam, & tuam pulchritudinem ignoras, sponsa, me quoq; tua præsentia maximè oblectari non dubitabis, quare vel à te diuelli non potero, vel si necessitas vrgebit, vt alio progrediar, non longe abibo. Quapropter si fortè nescieris, vbi sim; egredere tantum ad tuos hædos pascendos, eorum enim ego voce audita, statim ad te aduolabo.

Spiritualiter.

Quo ad sensum verò spiritualem vox hæc est inferioris portionis Naturæ humanæ in Christo, sicut & illa. *Pater transeat a me calix iste*, qua Verbum alloquens inquit. Cum, ò quem diligit anima mea in meridie summæ beatitudinis degas, eaque non solum Angeli, qui suauissima tuę essentię visione pascuntur, sed etiam pars animæ meæ superior perfruatur; fac mihi quoque experimentali cognitione parescere, quam magna sit fœlicitas, & voluptas, quæ ex tuæ claritate essentiæ prodit, simq; laborum, qui in pascendis rationabilibus ouibus à pastoribus carum feruntur, expers.

Matt. 26. 39.

Inferioris portionis animæ Christi questus.

Responsio.

Cui nomine sponsi respondetur, si concupitæ fœlicitatis, quæ meæ essentiæ visionem consequitur, non es compos, non ex aliqua tua labe hoc prouenit, cum anima tum omnium sis pulcherrima; sed quia opus est, vt non tantum verbo, sed etiam exemplo peccatores doceas, eosque ad perferendos labores robores, quo munere peracto consors tu quoq; fœlicitatis meæ eris. Simili ratione alia multa loca expediri, & explicari poterunt, nō maiori vt arbitror, labore, quam multis B. V. M. admodum piè aptentur.

De alia quadam sponsa, minimè communis, at non improbabilis cogitatio.

EXCVRSIO XI.

Ad Ecclesiã omnes electi & fideles spectant.

1 AD vnam singularem, & Catholicam Ecclesiam conflandam, dubium nõ est, omnium fidelium cœtus concurrere, immò omnes credentes, qui ab initio mundi vsque ad finẽ in vniuerso orbe vmquam fuerũt, aut futuri sunt, ad eamdem spectare, certum est, cum extra eam nemo salutem consequi possit, & sicuti vnum est caput omnium electorum, qui est Christus, ita etiam vnicum est corpus, quod est Ecclesia, cuius membra omnes fideles sunt. Hac nihilominus vnitate seruata, distinguisolent diuersæ Ecclesiæ, vel penes tempora diuersa, vel penes loca, aut aliâs circumstantias. Ratione temporis alia dicitur fuisse Ecclesia ante legem scriptam, alia sub lege, & alia sub Euangelio. Alia primitiua Apostolorum tempore, alia, quæ successit illi posterioribus temporibus. Ratione quoque loci, & aliarum circunstantiarum, alia dicitur Ecclesia Græca, alia Latina, alia occidentalis, alia orientalis, alia Romana, alia Gallicana, alia Hispaniensis, alia Mediolanensis, alia Toletana, & sic de reliquis. Hinc auctores non pauci, vt vidimus, Ecclesiam quidem sponsam esse in hoc Cantico celebratam asserebant. Verum Ecclesię nomen non in sua latissima significatione sumebant, sed ratione temporis coarctabant, & de nuptijs Ecclesiæ post Christi aduentum, quam etiam Ecclesiam Gentium vocant, agi tamen putabant, quorum sententiam nos quoque probabilem existimauimus. Verum subit cogitatio, an etiam ratione loci sint hæ nuptiæ coarctandæ ad aliquam peculiarem Ecclesiam, & quænam hæc esse possit, duo q; mihi valdè probabiliter videntur dicenda.

Ecclesia quomodo inter se distinguantur.

2 Alte-

2 Alterum, de Ecclesia quadam peculiari inter reliquas valdè eminenti, quæ de sponsa in hoc Cantico dicuntur, esse intelligenda.

Alterum, non in aliam congruentius hoc summum priuilegium esse conferendum, quam in Ecclesiam Romanam.

Ecclesia Romana sponsa nomine in hoc Cantico designata.

Probatur prius dictum, quoniam in hoc Epithalamio ad antiquum morem alluditur, quo plures vxores à diuitibus, ac præcipuè Regibus ducebantur, inter quas tamen vna eminere solebat, quæ magis dilecta erat, & quæ dominabatur in cæteras, quæq; vel sola Regina appellabatur, vel inter Reginas primum locum tenebat, & reginarum regina nuncupari poterat. Patet hoc ex illis verbis *60. sunt Reginæ, 80. concubinæ, Adolescentularum non est numerus, Vna est dilecta mea, columba mea &c.* Qui mos ab Assuero quoque Rege seruatus fuit, vt traditur Esther. 2. De ipsa .n. dicitur. *Et adamauit eam Rex super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius v. 17.* Atqui si sponsa Christi Ecclesia dicitur per totum orbem diffusa, non erit, quomodo diuersas distinguamus sponsas, cum extra hanc Ecclesiam nulla reperiatur Christi vxor, nulla adamata mulier, & intra eam dilecti omnes reperiantur; Nullæ quoq; erunt adolescentulæ, nullæ aliæ sponsæ, quæ eam comitentur, & laudent.

Cant. 6. 7.

Plures quidam vxores, sed non pares.

Esth. 2. 17.

Probatur secundo ex psal. 44. In quo eadem distinctio reperitur. Nam de vxore primaria dicitur. *Astitit Regina à dextris tuis,* de reliquis verò: *Adducentur regi Virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi.* Si .n. dicamus cum aliquibus expositoribus per has Virgines eas intelligi, quę & animi & corporis integritatem seruarunt, hæ non post reliquos fideles Christo adducendæ sunt, sed ante alios, vt pote, quæ ipsi magis adhærent, & ab ipso maximè diliguntur; sunt igitur hæ Virgines iuuenculæ illæ, quæ inter vxores secundarium locum occupant.

Ps. 44. 10. n. 15.

Patet ex psal. 44.

3 Probatur tertio ex similitudine animarum iustarum; quamuis .n. hę omnes Christi sponsæ dici possint, cum charitate, & gratia præditæ sint. Non tamen de his omnibus, vt supra

Non de omnibus Ecclesijs hic sermo.

vt supra diximus, est hoc Epithalamium intelligendum; sed tantum de valdè perfectis, ità ergo, & de Ecclesijs dicendum videtur, non quibuslibet Ecclesijs has eximias laudes huius Cantici esse ascribendas, sed illi, quæ inter cæteras eximia sanctitate floruerit.

Confirmatur ex Apoc. cap. 2. & 3. in quibus nonnullæ Ecclesiæ valdè repræhenduntur, aliæ verò laudantur, ergo quæ summis laudibus extollitur, multò magis distincta erit ab illis, quorum peccata, & labes in Apocalypsi notantur, & consequenter ab alijs, quæ similibus maculis asperse reperiuntur.

Præter sponsam aliæ pulchræ mulieres, & quæ.

Confirmatur secundo, quoniam sponsa huius Epithalamij dicitur pulcherrima mulierum; quæ comparatio supponit præter eam alias fuisse pulchras mulieres, alioqui non diceretur pulcherrima, sed sola pulchra. Per has autem pulchras mulieres non possunt infideles intelligi, qui omnes fœdi sunt, & deformes, ergo animæ siue Ecclesiæ minus perfectæ, & minus laudabiles intelliguntur; & per mulierum pulcherrimam Ecclesia illa, quæ omnes alias pulchritudine excellit, accipienda est.

Ad nuptias inuitata Virgines, quæ nã sint.

4 Confirmatur tertio ex Euangelicis parabolis, nam Matt. 25. in parabola de Virginibus Præter sponsam aliæ quoq; Virgines ad nuptias, siue ad nuptiale conuiuiũ admissæ sunt, per quas non infideles significari possunt, qui à nuptijs omninò excludẽtur, sed fideles non ita perfecti; nõ igitur sub spõsę nomine hi cõpręhẽdũtur, vt cõprehẽderẽtur si spõsa esset Ecclesia vniuersalis; ergo aliqua singularis anima, vel peculiaris Ecclesia sponsæ nomine designatur. Idem ex alijs parabolis, in quibus de nuptijs agitur, colligi potest; Nam præter sponsam alij quoque referuntur inuitati ad nuptias, per quos cæteri fideles intelliguntur.

Ecclesia Romana omnes alias antecellit.

Hoc autem primo dicto constituto, nemini catholicorum ambigere licet, de secundo. Quænam .n. Ecclesia, siue dignitatem, siue auctoritatem, siue sanctitatem spectes, cum Romana æquiparari audeat? Si igitur inter Ecclesias peculiares aliqua primaria, & tanquam cœterarum

Regina,

Regina, & sponsa super omnes dilecta, constituenda est, ipsi proculdubio erit hoc diadema, & hoc priuilegium tribuendum.

5 Confirmatur præterea. Quoniam cum ipsa sola cõiugium omnino inseparabile cõtraxit Christus Dominus. Reliquæ enim Ecclesię deficere possunt à fide, & hæresis labe pollui, a Ecclesia Romana nequaquam, *fundata enim est supra firmam petram, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.*

Matt. 16. 18.

Confirmatur secundo, quoniam ipsa reuera ad reliquas Ecclesias tanquam primaria sponsa ad secundarias se habet, nam super illas potestate potitur, & est veluti earum Domina, & Regina, cui reliquæ obedire, & obsequi tenentur, ipsique tanquam Dominæ, domus claues thesaurorum eius contraditæ sunt.

Et Regina.

Confirmatur tertio, quia ipsi multo magis, quam cœteris Ecclesijs laudes Cantici Canticorum congruunt. De ipsa .n. verè dici potest, quod tota pulchra sit, & absque macula, quia nulla erroris labe vnquam conspersa fuit, neque aliquid approbauit, aut iussit, quod contra fidem, aut Bonos mores esset. Nec obstat aliquos Summos Pontifices peccatis inquinatos fuisse, quoniam vt homines priuati peccauerunt, non verò vt Summi Pontifices, quando .n. vt tales se gesserunt, & clauium auctoritate vsi sunt, nunquam errarunt. Ipsa igitur est pulcherrima inter mulieres, & veluti lilium inter spinas.

Et immaculata.

6 Confirmatur quarto quoniam ipsa eadem Romana Ecclesia est vxor agni, de cuius nuptijs agitur Apoc. 9. vt multis probat acutissimus, & doctissimus eius Interpres Ludouicus Alcasar, sicuti etiam Pater Ghislerius diligentissimus Cantici explanator, de ipsa illum locum explicat 60. *sunt Reginæ &c Vna est columba mea &c.*

Et vxor Agni.

Ludouicus Alcasar. P. Ghisl. Cant.

Confirmatur quinto. Quoniam Ecclesia vniuersalis, vt præcisa à particularibus nil aliud est, quam purum ens rationis, sicuti & cætera vniuersalia siue prædicabilia; Coniugium ergo Christi cum Ecclesia vniuersali eatenus

Ecclesia vniuersalis quid.

verum est, quatenus Ecclesias particulares ipse Christus sibi copulat, atqui ex particularibus non aliam sibi arctius cōiunxit, quam Ecclesiam Romanam; ergo etiam respectu Ecclesiæ vniuersalis ipsa Romana Ecclesia est præcipua, & primaria sponsa, & subconfirmatur, quoniam omnes aliæ Ecclesiæ simul sumptæ errare possunt, Ecclesia autem Romana nequaquam.

Difficultas bina, nec modica.

Occurrit tamen non modica difficultas. Quoniam antequam Christus Dominus moreretur fuit sponsus, vt supra diximus, at tunc non aderat Ecclesia Romana, ergo hæc non est eius sponsa. Præterea illa est eius dilectissima spōsa, quæ ex eius dormientis in cruce latere profluxit, & in Eua figurata fuit, vt indicat S. Paulus, at hæc non fuit Ecclesia Romana, quia nullus Romæ adhuc crediderat, ergo nuptię Christi cum Ecclesia non debent ad Ecclesiam Romanam coarctari.

An à Christo viuente Ecclesia Romana desponsata.

7 Respondeo, dici posse fuisse Ecclesiam Romanam desponsatam à Christo viuente in Petro eius capite, sicuti de Ecclesia gentium dicitur, quod fuerit desponsata Christo per magos, qui eum adorare venerunt. Secundo, quod etiam aliqui Romani crediderint, dum adhuc Christus viueret, vel in cruce penderet valdè est probabile. Romanum enim fuisse Centurionem, cuius fidem admiratus est Christus, non videtur ambigendum, & quamuis nonnulli velint fuisse Hispanum, (qua de re nolo disputare modo) sufficit mihi tanquam Romanum munere Centurionis functum esse, & Romanorum ministrum fuisse, & fortasse Romanus fuit genere, Hispanus verò Natiuitate, quo pacto S. quoque Barnabas, quamuis genere esset Hebræus, dicitur tamen Cyprius, quia Cypri fortasse natus.

Reliquæ Ecclesiæ non exclusæ à nuptijs.

Tertio, respondeo non excludere nos à nuptijs Christi Cœteras Ecclesias, & multò minus Ecclesiam generaliter sumptam, sed in hac sponsarum collectione, quæ & vna, & multiplex sponsa dici potest; dicimus vnam esse primariam sponsam, & hanc esse Romanam Ecclesiam, pro tempore .s. quo sponsa fuit, antequam autem Christo desponderetur,

deretur, non carebat quidem Christus sponsa, & tunc dici poterat primaria sponsa pro eo tempore Ecclesia Hierosolymitana, siue Anthiochena (veluti quondam Vasthi primaria fuit sponsa Assueri) sed ducta postea Romana Ecclesia, amorem sequentis, vt de Iacob Patriarcha dicitur, priori prætulit Gen.29.30. An autem fuerit Ecclesia Romana ex latere Christi educta, planè affirmamus, sed eo modo, quo supra declarauimus de Ecclesia gentium idem asseri.

8 Quarto respondetur, desponsatam à Christo implicitè Ecclesiam Romanam, dum Ecclesiam Gentium in sponsam elegit, ipsius enim Ecclesiæ Gentium pars primaria, & caput Virtute iam erat Ecclesia Romana, sicuti Romanorum. Respublica omnibus ferè Gentibus dominabatur.

Confirmatur denique quoniam Romana sola errare nequit. Hinc .n. est, quod Concilia quantumuis vniuersalia, si Romanæ Ecclesiæ auctoritas desit errare possunt, vt patuit in Concilio Ariminensi præsentia 830. Episcoporum celeberrimo, in quo tamen inquit S. Hieronymus. *Ingemiscens orbis terrarum se Arrianum esse miratus est.*

S. Hieron.

Romana autem Ecclesia nunquam nec ignoranter, nec scienter in errorem contra fidem est lapsa, nec lapsuram esse affirmat S. Hieron. C. Hæc est fides 24.q.1. *Nam Sancta*, inquit, *Romana Ecclesia, quæ semper immaculata permansit; Domino prouidente, & B. Petro opem ferente in futurum manebit, sine vlla hæreticorum insultatione, scilicet præualente, atque firma, & immobilis omni tempore persistet.*

Sola Romana Ecclesia errare nequit.

S. Hieron.

Quare Nicolaus Primus summus Pontifex in quadam Epist. ad Episcopos Galliæ, quam refert Card. Baronius ann. Dom. 867. hac de re sanctè gloriatur dicens. *Nunquid nos aliquando hæretici fuimus? Nam licet nos peccatores quidem esse non denegemus, quorumlibet tamen errorum fæce pollutos, Deo gratias, minimè recognoscimus, quemadmodum illi (Græci) qui nunquam sine schismate, nunquam prorsus ab errore reperiuntur extranei.*

Cardin. Baron.

Græci nunquam sine errore.

Idem in libello ad Græcos transmisso, & ab omnibus Patribus

tribus Concilij Constantinopolitani octaui laudato atque subscripto asseruit Hadrianus Papa II. his verbis. *Et quia non potest D. N. I. Christi praetermitti sententia dicentis. Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, haec, quae dicta sunt rerum probantur effectibus quia in Sede Apostolica immaculata est semper Catholica seruata religio, & sancta celebrata doctrina.*

Priuilegiũ non errandi à summo Põtifice in Ecclesiã Romanam manat.

Neque existimet quispiam in sola persona Summi Pontificis hoc priuilegium residere. Nam & in Ecclesiam ipsam Romanam manat, vt doctissimus Card. Bellarminus pulchrè docet tom. 1. Contr. lib. 4. de Rom. Pontif. c. 4. vbi ait. *Pontifex non potest errare errore iudiciali, idest, dum indicat, & definit quaestionem fidei. At Ecclesia Romana, idest, Populus, & Clerus Romanus non potest errare errore personali, ita vt omnes omnino errent, & nulli sint in Romana Ecclesia fideles Pontifici adhaerentes, tametsi n. vnusquisque seorsum errare potest, tamen id fieri non potest, vt omnes errent simul, & tota Romana Ecclesia apostatica efficiatur.* Videatur idem Card. Bellarm. cap. cit. & praecedenti, vbi multos PP. pro hac assertione affert.

Cardin. Bellarm.

Ipsi igitur, & eius Summo Pontifici cuius iudicium infallibile est, ego qui & errare possum, & saepè saepius in errores labor, & hoc opusculum, & reliqua omnia mea exarata subijcio, & examinanda, & corrigenda libenter, & humiliter offero.

Deo gratias, & deiparae Virgini.

I N D E X

Locorum Sacræ Scripturæ adductorum.

a Ruth.

Ruth.

1. 14. *Orpha osculata est socrum, & reuersa est. Velit.2. Exc.3. pag.190.*

3. 9. *Expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es. Vel.2. Exc.1. pag.170.*

4. 11. *Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam sicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Israel. Vel. 1. Ex.14. p.168.*

1. Reg.

Cap.1.n.14. Digere paulisper vinum quo mades. Vel.1. Ex.7. pag.85.

8. 1. *Non te abiecerunt, sed me. Vel.2. Ex.4. p.214.*

25. 41. *Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum Domini mei. Vel.1. Exc.7. pag.82.*

18. 1. *Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid. Vel.2. Ex.4. pag.211.*

2. Reg.

12. 3. *De calice eius bibebat. Velit.1. Exc.7. pag.84.*

14. 25. *A vestigio pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula. Vel.1. Ex.1. pag.17.*

3. Reg.

1. 16. *Quid tibi vis. Vel.1. Ex.3. pag.5.*

19. 18. *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua. Vel. 2. Exc.4. pag.216.*

2. Esd.

7. 67. *Absque seruis, & ancillis, qui erant septem millia trecenti triginta septem, & inter eos cantores, & cantatrices ducenti quadraginta quinque. Vel.1. Exc.14. pag.159.*

Tob.

7. 5. *Et misit se Raguel, & cum lachrymis osculatus est eum &c. & Anna vxor eius, & Sara lachrymatæ sunt. Vel.1. Exc.1. pag. 59.*

7. 15. *Et apprehendens dexteram filiæ suæ dexteræ Tobiæ tradidit dicens &c. Et accepta carta fecerunt descriptionem coniugij, & post hæc copulati sunt. Velit.1. Exc.6. pag.78.*

Iudith.

16. 1. *Tunc cantauit Canticum hoc Domino in cymbalis. Vel.1. Ex. 14. p 160.*

Esth.

2. 17. *Et adamauit eam Rex super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius. Vel.2. Ex.11. p.287.*

Iob.

1. 8. *Nunquid considerasti meum seruum Iob? Vel. 2. Exc. 2. pag. 182.*

Psal.

num Scyphos, & vrceos ad vina fundenda. Vel.1. Ex. 14. pag. 159.

Cant.

1. *Osculetur me osculo oris sui. Vel.1. Ex.3. pag.41. & Vel. 2. Ex.3. pag.191.*

1. 2. *Meliora sunt vbera tua vino. Vel.1. Exc.7. pag.85.*

1. 3. *Adolescentulæ dilexerunt te nimis. Vel.2. Exc.2. pag.177.*

1. 7. *Ne vagari incipiam. Vel.1. Ex.3. pag.45.*

1. 8. *Si ignoras te ò pulcherrima mulierum egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos. Vel.1. Ex.14. pag. 165. & Velit.2. Excur.10. p.253.*

1. 9. *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica. Vel. 1. Exc.2. pag.36. & Vel.2. Exc.3. pag.189.*

1. 10. *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut Turturis. Vel.1. Exc.3. pag.46.*

1. 11. *Murenulas aureas faciemus tibi &c. Vel.1. Exc.6. pag.76.*

1. 13. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. Vel.1. Ex.11. pag.130.*

2. 3. *Fructus eius dulcis gutturi meo. Vel.1. Exc.11. pag.133.*

2. 4. *Introduxit me in cellam vinariam. Vel.1. Exc.7. pag.85.*

2. 5. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Vel.1. Exc.9. pag.106.*

2. 8. *Vox dilecti mei. Vel.1. Exc.11. pag.126.*

2. 8. *Ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles, & similis est dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorum. ibidem. & Vel.1. Exc.6. pag. 76.*

2. 10. *Surge propera amica mea, & veni, Vel.1. Exc.6. pag.76.*

2. 14. *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Vel.1. Exc.12. pag.144.*

3. 7. *En lectulum Salomonis, fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Vel.1. Exc.2. pag.36. & Vel.1. Exc.14. pag.162.*

3. 11. *Egredimini, & videte filiæ Sion regem Salomonem &c. Vel.1. Ex.2. pag.36. & Vel.2. Ex.3. pag.183.*

3. 11. *In die desponsationis illius. Vel.2. Exc.3. pag.196.*

4. 3. *Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ. Vel.1. Exc.2. p.51.*

4. 7. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Vel. 2. Exc.2. pag.176.*

5. 2. *Ego dormio, & cor meum vigilat. Vel.1. Exc.2. pag.39.*

6. 7. *Sexaginta sunt reginæ, octuaginta concubinæ adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea perfecta mea &c. Vel.1. Exc.2. pag.36. Vel.2. Exc.1. pag.172. & Vel.2. Exc.2. pag.177.*

6. 8. *Vna est columba mea, perfecta mea; vna est matris suæ. Vel. 2. Exc.1. pag.169.*

Reuer-

6. 12. *Reuertere reuertere Sunamitis.* Vel.1. Ex.14. pag.162.

7. 4. *Nasus tuus sicut Turris.* Vel.1. Exc. 1. pag.22.

8. 1. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat.* Vel.1. Exc.2. pag. 51.

8. 14. *Quæ habitas in hortis &c. & fuge dilecte mi, & assimilare capreæ binnuloq; ceruorum super montes aromatum.* Vel.1. Exc.11. pag.131.

Sapient.

8. 2. *Hanc amaui, & exquisiui eam a iuuentute mea, & quæsiui sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius.* Vel.1. Exc.11. pag.37.

14. 9. *Odio sunt Deo Impius, & impietas eius.* Vel.2. Exc.7 p.234.

Eccles.

7. 21. *Gratia enim verecundiæ illius superaurum.* Vel.1. Exc.3. pag. 47.

26. 19. *Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata.* Vel. 1. Exc. 3. pag.45.

Isai.

4. 1. *Inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.* Vel.1. Exc.6.pag 80.

11. 7. *Habitabit lupus cum agno, & leo quasi bos comedet paleas.* Vel.1. Exc.1. pag.14.

16. 1. *Emitte agnum dominatorem terræ &c.* Vel.1. Ex.1. pag.14.

53. 10. *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum.* Vel.2. Exc.3. pag.202.

54. 1. *Multi filij desertæ magis, quam eius quæ habet virum.* Vel.2. Ex.1. pag.170.

61. 10. *Tamquam sponsum decoratum corona, & tamquam sponsam ornatam monilibus suis.* Vel.2. Exc. 10. pag.248.

63. 1. *Quis est iste qui venit de Edom &c.* Vel.1. Exc.3. pag.148.

64. 1. *Vtinam dirumperes Cælos, & descenderes.* Vel. 2. Exc. 6. pag.229.

66. 7. *Antequam parturiret peperit, antequam veniret partus eius peperit masculum.* Vel.2. Exc.4. pag.209.

66. 8. *Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die vna &c.* Vel.2. Exc.4.pag.209.

Ierem.

2. 2. *Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ.* Vel.2. Exc.1. pag.170.

2. 10. *Transite ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer &c.* vel.2. exc.4. pag.214.

3. 1. *Fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me*

dicit

Percu-

Ad Ga-

4. 30. *Ejice ancillam, & filium eius, non enim hares erit filius ancillæ cum filio liberæ.* vel. 2. exc. 4. pag. 214.

4. 31. *Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit.* vel. 2. exc. 4. pag. 217.

Ad Ephes.

5. 25. *Viri diligite vxores vestras sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, vt illam santificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiã non habẽtem maculã, aut rugã.* vel. 2. exc. 2. p. 176.

5. 29. *Nemo carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam.* vel. 2. exc. 8. pag. 238.

5. 31. *Propter hoc relinquet homo Patrem, & matrem suam. Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* vel. 2. exc. 2. pag. 176.

1. Tim.

2. 4. *Vult enim omnes homines saluos fieri.* vel. 2. exc. 7. pag. 234.

Ad Heb.

1. 5. *Ego ero illi in patrem &c.* vel. 1. exc. 2. pag. 40.

12. 2. *Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.* vel. 1. exc. 3. pag. 49.

1. Ioan.

4. 16. *Qui enim manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.* vel. 2. exc. 3. pag. 196.

Apocal.

5. 5. *Vicit leo de tribu Iuda.* vel. 1. exc. 1. pag. 16.

5. 12. *Dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & gloriam, & honorem, & benedictionem.* vel. 2. exc. 2. pag. 180.

13. 8. *Agnus qui occisus est ab origine mundi.* vel. 2. exc. 5. p. 227.

14. 3. *Nemo poterat dicere Canticum nisi illa centum quadraginta quattuor millia &c.* vel. 2. exc. 7. pag. 233.

15. 3. *Cantantes canticum Moysi serui Dei, & canticum Agni.* vel. 1. exc. 14. pag. 154.

18. 23. *Et vox molæ non audietur in te amplius, & lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox sponsi, & sponsæ non audietur adhuc in te.* vel. 1. exc. 14. pag. 153.

19. 7. *Gaudeamus, & exultemus, quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se.* vel. 2. exc. 1. pag. 171.

21. 25. *Portæ eius non claudentur per diem, nox enim non erat illic.* vel. 1. exc. 11. p. 127.

RERVM MEMORABILIVM
INDEX

Canti-

D

Dido.

S. Io:

N.

O

Pudor

Errata grauiora cum correctionibus.

Pag. 14. lin. 11. amoris corrige amoribus. p. 17. l. 31. Responderetur cor. respondet. p. 19. l. 3. reperitemus, reperiemus p. 23. l. 11. verè, veræ, l. 12. ficte, fictæ. p. 33. l. 36. nempe, neque. p. 34. l. 36. ante De adde Tertio. p. 41. l. 30. Habemus, habenas, 42, 25 Purum, Pietum. 45, 19 genus, genas 51, 12 ego, equo, 53, 20 Pasticis Pastricis. 58, 4 ab Episcopo dele ab. 60. 14 afficit, astuit & l. 21 sellij, Gellij. 61, 3 sab, scilicet, 62, 22, adde in principio Illeuit. 64, 2, nequiut, nequeunt 66, 7 fui hic; 71, 15 habuit, habere 72, 13 victa, vieta. 78, 2 Nec, Hæc, 79, 24 scribebatur, iubebatur. 106, 12 post debilia adde pedissequatum. 125. 2. concionibus, continentibus. 128, 8 omnia diuersa, animaduersa. 137, 10 Musci, Musei. 138, 17 consueuissent, confinxissent. 139, 1 dicit, duce 145, 7 atque, atqui. 165, 14 patritio, principio. 171, 20 positionis petitionis. 175, 9. esse, non esse & l. 28. dele imo vero scortum. 204, 12 Respondeo dicit, Respondebit & l. 20. synagoga, de synagoga & l. 24, non est;, quod non est & l. 27. derelinqui, ipse derelinqui.

REGESTVM.

Aa B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll.

Omnes sunt duerniones, præter A, quæ est quinternio.



MEDIOLANI,

Ex Typographia Io: Petri de Cardis, sub signo Fortunæ.
M. DC. XXXX.